LEONHARDI EULERI OPERA OMNIA

LEONHARDI EULERI

COMMENTATIONES ANALYTICAE

AD THEORIAM INTEGRALIUM PERTINENTES

VOLUMEN PRIMUM

EDIDIT

AUGUST GUTZMER

LEONHARDI EULERI

OPERA OMNIA

LEONHARDI EULERI
OPERA OMNIA

SUB AUSPICIIS
SOCIETATIS SCIENTIARUM NATURALIUM
HELVETICAE

EDENDA CURAVERUNT

FERDINAND RUDIO
ADOLF KRAZER   PAUL STÄCKEL

SERIES PRIMA
OPERA MATHEMATICA
VOLUMEN SEPTIMUM DECIMUM

LEONHARDI EULERI

COMMENTATIONES ANALYTICAE

AD THEORIAM INTEGRALIUM PERTINENTES

VOLUMEN PRIMUM

EDIDIT

AUGUST GUTZMER

INDEX

THEOREMATA
CIRCA REDUCTIONEM FORMULARUM INTEGRALIUM
AD QUADRATURAM CIRCULI

LEMMA 1

1. *In circulo, cuius radius est* $=1$ *et semiperipheria* $=\pi$, *sit anguli cuiusvis* s
sinus $=x$; *erit eadem quantitas* x *sinus omnium arcuum in hac serie infinita
contentorum*

$$s, \quad \pi - s, \quad 2\pi + s, \quad 3\pi - s, \quad 4\pi + s, \quad 5\pi - s \quad etc.$$

Praeterea vero x *erit sinus omnium arcuum negativorum in hac serie contentorum*

$$-\pi - s, \quad -2\pi + s, \quad -3\pi - s, \quad -4\pi + s, \quad -5\pi - s \quad etc.$$

COROLLARIUM 1

2. Si igitur i denotet numerum quemcunque integrum affirmativum, erit
tam arcuum omnium in hac expressione $\pm 2i\pi + s$ contentorum quam ar-
cuum in hac expressione $\pm(2i+1)\pi - s$ contentorum idem sinus communis x.

COROLLARIUM 2

3. Cum angulorum negative sumtorum sinus fiant negativi, erit angu-
lorum in hac forma $\pm 2i\pi - s$ contentorum sinus $= -x$ angulorumque in
hac forma $\pm(2i+1)\pi + s$ contentorum sinus $= -x$, siquidem anguli s fuerit
sinus $= +x$.

LEMMA 2

4. *In circulo, cuius radius* $= 1$ *et semiperipheria* $= \pi$, *sit anguli cuiusvis s cosinus* $= y$; *erit eadem quantitas y cosinus omnium angulorum affirmativorum in hac serie contentorum*

$$s, \quad 2\pi - s, \quad 2\pi + s, \quad 4\pi - s, \quad 4\pi + s, \quad 6\pi - s \quad etc.$$

pariterque eadem quantitas y erit cosinus omnium angulorum negativorum in hac serie contentorum

$$-s, \quad -2\pi + s, \quad -2\pi - s, \quad -4\pi + s, \quad -4\pi - s, \quad -6\pi + s \quad etc.$$

COROLLARIUM 1

5. Si igitur i denotet numerum quemcunque integrum affirmativum, erit omnium arcuum in hac expressione generali $\pm 2i\pi \pm s$ contentorum idem communis cosinus $= y$.

COROLLARIUM 2

6. Quoniam anguli duobus rectis seu arcu π aucti sive minuti cosinus fit negativus, erit omnium angulorum in hac forma $\pm (2i+1)\pi \pm s$ [contentorum] idem cosinus $= -y$, siquidem anguli s cosinus fuerit $= +y$.

LEMMA 3

7. *Iisdem positis si t sit tangens anguli s, erit quoque t tangens omnium angulorum tam affirmativorum quam negativorum in his duabus seriebus contentorum*

$$s, \quad \pi + s, \quad 2\pi + s, \quad 3\pi + s, \quad 4\pi + s, \quad 5\pi + s \quad etc.,$$

$$-\pi + s, \quad -2\pi + s, \quad -3\pi + s, \quad -4\pi + s, \quad -5\pi + s \quad etc.$$

COROLLARIUM

8. Denotante ergo i numerum quemcunque affirmativum, erit omnium angulorum in hac expressione $\pm i\pi + s$ contentorum eadem communis tangens $= t$; angulorum vero $\pm i\pi - s$ tangens erit $= -t$, siquidem anguli s tangens sit $= +t$.

PROBLEMA 1

9. *Invenire radices huius aequationis infinitae*

$$x = z - \frac{z^3}{1 \cdot 2 \cdot 3} + \frac{z^5}{1 \cdot 2 \cdot 3 \cdot 4 \cdot 5} - \frac{z^7}{1 \cdot 2 \cdot 3 \dots 7} + \text{etc.}$$

SOLUTIO

Si z denotet arcum circuli radii $= 1$, erit x ipsius sinus. Ponamus ergo arcum, cuius sinus sit $= x$, esse s; erunt infiniti ipsius z valores in his duabus seriebus contenti

$$s, \quad \pi - s, \quad 2\pi + s, \quad 3\pi - s, \quad 4\pi + s, \quad 5\pi - s \quad \text{etc.,}$$

$$-\pi - s, \quad -2\pi + s, \quad -3\pi - s, \quad -4\pi + s, \quad -5\pi - s \quad \text{etc.}$$

Q. E. I.

COROLLARIUM 1

10. Si igitur aequatio proposita in hanc formam transmutetur

$$0 = 1 - \frac{z}{1\,x} + \frac{z^3}{1 \cdot 2 \cdot 3\,x} - \frac{z^5}{1 \cdot 2 \cdot 3 \cdot 4 \cdot 5\,x} + \frac{z^7}{1 \cdot 2 \dots 7\,x} - \text{etc.,}$$

eius habebuntur factores numero infiniti sequentes

$$\left(1 - \frac{z}{s}\right)\left(1 - \frac{z}{\pi - s}\right)\left(1 + \frac{z}{\pi + s}\right)\left(1 + \frac{z}{2\pi - s}\right)\left(1 - \frac{z}{2\pi + s}\right)\left(1 - \frac{z}{3\pi - s}\right)\left(1 + \frac{z}{3\pi + s}\right) \text{etc.,}$$

in quibus factoribus lex progressionis facile perspicitur.

COROLLARIUM 2

11. Cum igitur coefficiens termini secundi in producto aequetur summae coefficientium ipsius z in omnibus factoribus, erit

$$\frac{1}{x} = \frac{1}{s} + \frac{1}{\pi - s} - \frac{1}{\pi + s} - \frac{1}{2\pi - s} + \frac{1}{2\pi + s} + \frac{1}{3\pi - s} - \text{etc.} \quad .$$

1*

COROLLARIUM 3

12. Sit $s = \frac{m}{n}\pi$, ita ut fiat $x = \sin. A. \frac{m}{n}\pi$; erit serie per $\frac{\pi}{n}$ multiplicata

$$\frac{\pi}{nx} = \frac{1}{m} + \frac{1}{n-m} - \frac{1}{n+m} - \frac{1}{2n-m} + \frac{1}{2n+m} + \frac{1}{3n-m} - \text{etc.}$$

COROLLARIUM 4

13. Quoniam coefficiens ipsius z^2 in producto, qui est $= 0$, aequatur summae factorum ex binis coefficientibus ipsius z in factoribus, haec vero summa bis sumta aequalis est quadrato summae istorum coefficientium demta summa quadratorum eorundem, erit

$$\frac{1}{xx} = \frac{1}{ss} + \frac{1}{(\pi-s)^2} + \frac{1}{(\pi+s)^2} + \frac{1}{(2\pi-s)^2} + \frac{1}{(2\pi+s)^2} + \text{etc.}$$

COROLLARIUM 5

14. Posito ergo iterum $s = \frac{m}{n}\pi$, ut sit $x = \sin. A. \frac{m}{n}\pi$, prodibit ista summatio

$$\frac{\pi\pi}{nnxx} = \frac{1}{m^2} + \frac{1}{(n-m)^2} + \frac{1}{(n+m)^2} + \frac{1}{(2n-m)^2} + \frac{1}{(2n+m)^2} + \text{etc.}$$

SCHOLION

15. Possem hoc modo ultra progredi atque summas altiorum potestatum determinare; quoniam vero hoc alibi[1]) iam feci atque ad institutum nostrum hae series sufficiunt, ulteriori investigationi supersedebo.

PROBLEMA 2

16. *Invenire radices huius aequationis infinitae*

$$y = 1 - \frac{z^2}{1 \cdot 2} + \frac{z^4}{1 \cdot 2 \cdot 3 \cdot 4} - \frac{z^6}{1 \cdot 2 \cdots 6} + \frac{z^8}{1 \cdot 2 \cdots 8} - \text{etc.}$$

---

1) Vide L. EULERI Commentationem 61 (indicis ENESTROEMIANI): *De summis serierum reciprocarum ex potestatibus numerorum naturalium ortarum dissertatio altera: in qua eaedem summationes ex fonte maxime diverso derivantur*, Miscellanea Berolin. 7, 1743, p. 172; LEONHARDI EULERI *Opera omnia*, series I, vol. 14.   A. G.

SOLUTIO

Si z denotet arcum in circulo, cuius radius $= 1$, erit y huius arcus cosinus. Quodsi ergo capiatur arcus s, cuius cosinus sit $= y$, continebuntur innumerabiles ipsius z valores in binis sequentibus seriebus

$$s, \quad 2\pi - s, \quad 2\pi + s, \quad 4\pi - s, \quad 4\pi + s \quad \text{etc.},$$

$$-s, \quad -2\pi + s, \quad -2\pi - s, \quad -4\pi + s, \quad -4\pi - s \quad \text{etc.}$$

Q. E. I.

COROLLARIUM 1

17. Si igitur aequatio proposita in hanc formam transmutetur

$$0 = 1 - \frac{z^2}{1 \cdot 2(1-y)} + \frac{z^4}{1 \cdot 2 \cdot 3 \cdot 4(1-y)} - \frac{z^6}{1 \cdot 2 \cdots 6(1-y)} + \text{etc.},$$

eius habebuntur factores numero infiniti sequentes

$$\left(1 - \frac{zz}{ss}\right)\left(1 - \frac{zz}{(2\pi-s)^2}\right)\left(1 - \frac{zz}{(2\pi+s)^2}\right)\left(1 - \frac{zz}{(4\pi-s)^2}\right)\left(1 - \frac{zz}{(4\pi+s)^2}\right) \text{ etc.}$$

COROLLARIUM 2

18. Cum igitur in producto coefficiens ipsius zz aequalis sit summae coefficientium ipsius zz in factoribus, habebitur sequentis seriei summatio

$$\frac{1}{2(1-y)} = \frac{1}{ss} + \frac{1}{(2\pi-s)^2} + \frac{1}{(2\pi+s)^2} + \frac{1}{(4\pi-s)^2} + \frac{1}{(4\pi+s)^2} + \text{etc.}$$

COROLLARIUM 3

19. Ponatur $s = \frac{m}{n}\pi$, ut sit $y = \cos. A. \frac{m}{n}\pi$ et $1 - y = 2\left(\sin. A. \frac{m}{2n}\pi\right)^2$; erit

$$\frac{\pi\pi}{2nn(1-y)} = \frac{\pi\pi}{4nn\left(\sin. A. \frac{m}{2n}\pi\right)^2}$$

$$= \frac{1}{mm} + \frac{1}{(2n-m)^2} + \frac{1}{(2n+m)^2} + \frac{1}{(4n-m)^2} + \frac{1}{(4n+m)^2} + \text{etc.},$$

quae congruit cum § 14, si modo hic loco $2n$ scribatur n.

PROBLEMA 3

20. *Invenire radices ipsius z huius aequationis infinitae*

$$t = \frac{z - \dfrac{z^3}{1 \cdot 2 \cdot 3} + \dfrac{z^5}{1 \cdot 2 \cdot 3 \cdot 4 \cdot 5} - \dfrac{z^7}{1 \cdot 2 \dots 7} + \text{etc.}}{1 - \dfrac{z^2}{1 \cdot 2} + \dfrac{z^4}{1 \cdot 2 \cdot 3 \cdot 4} - \dfrac{z^6}{1 \cdot 2 \dots 6} + \text{etc.}}.$$

SOLUTIO

Si z denotet arcum circuli, cuius radius $= 1$, erit t tangens huius arcus; si ergo sumatur arcus s in hoc circulo, cuius tangens sit $= t$, erunt infiniti ipsius z valores sequentes

$$s, \quad \pi + s, \quad 2\pi + s, \quad 3\pi + s, \quad 4\pi + s, \quad 5\pi + s \quad \text{etc.},$$

$$-\pi + s, \quad -2\pi + s, \quad -3\pi + s, \quad -4\pi + s, \quad -5\pi + s \quad \text{etc.}$$

Q. E. I.

COROLLARIUM 1

21. Reducatur aequatio proposita ad hanc formam

$$0 = 1 - \frac{z}{t} - \frac{z^2}{1 \cdot 2} + \frac{z^3}{1 \cdot 2 \cdot 3 t} + \frac{z^4}{1 \cdot 2 \cdot 3 \cdot 4} - \frac{z^5}{1 \cdot 2 \cdot 3 \cdot 4 \cdot 5 t} - \text{etc.}$$

eiusque factores simplices erunt sequentes

$$\left(1 - \frac{z}{s}\right)\left(1 + \frac{z}{\pi - s}\right)\left(1 - \frac{z}{\pi + s}\right)\left(1 + \frac{z}{2\pi - s}\right)\left(1 - \frac{z}{2\pi + s}\right)\left(1 + \frac{z}{3\pi - s}\right) \text{ etc.}$$

COROLLARIUM 2

22. Cum igitur coefficiens ipsius z in aequatione aequalis sit summae coefficientium ipsius z in singulis factoribus, erit

$$\frac{1}{t} = \frac{1}{s} - \frac{1}{\pi - s} + \frac{1}{\pi + s} - \frac{1}{2\pi - s} + \frac{1}{2\pi + s} - \frac{1}{3\pi - s} + \text{etc.}$$

COROLLARIUM 3

23. Ponatur $s = \frac{m}{n}\pi$, ut sit $t = \text{tang. A.}\frac{m}{n}\pi = \frac{x}{y}$, si sit $x = \text{sin. A.}\frac{m}{n}\pi$ et $y = \text{cos. A.}\frac{m}{n}\pi$, atque prodibit sequentis seriei summatio

$$\frac{\pi}{nt} = \frac{\pi y}{nx} = \frac{1}{m} - \frac{1}{n-m} + \frac{1}{n+m} - \frac{1}{2n-m} + \frac{1}{2n+m} - \frac{1}{3n-m} + \text{etc.}$$

COROLLARIUM 4

24. Summa quadratorum singulorum terminorum seriei § 22 aequalis est quadrato summae ipsorum $\frac{1}{tt}$ demta duplici summa factorum ex binis, hoc est -1; erit ergo summa quadratorum $= \frac{1}{tt} + 1 = \frac{yy}{xx} + 1 = \frac{1}{xx}$. Prodibit ergo uti in § 13 haec summatio

$$\frac{1}{xx} = \frac{1}{ss} + \frac{1}{(\pi-s)^2} + \frac{1}{(\pi+s)^2} + \frac{1}{(2\pi-s)^2} + \frac{1}{(2\pi+s)^2} + \text{etc.}$$

THEOREMA 1

25. *Denotante* π *semiperipheriam circuli, cuius radius* $= 1$, *si fuerit* $x = \text{sin. A.}\frac{m}{n}\pi$, *erit*

$$\frac{\pi(p+qy)}{nx} = \frac{p+q}{m} + \frac{p-q}{n-m} - \frac{p-q}{n+m} - \frac{p+q}{2n-m} + \frac{p+q}{2n+m} + \frac{p-q}{3n-m} - \frac{p-q}{3n+m} - \text{etc.}$$

DEMONSTRATIO

Si series § 12 inventa multiplicetur per p, erit

$$\frac{\pi p}{nx} = \frac{p}{m} + \frac{p}{n-m} - \frac{p}{n+m} - \frac{p}{2n-m} + \frac{p}{2n+m} + \text{etc.},$$

et si series § 23 multiplicetur per q, erit

$$\frac{\pi qy}{nx} = \frac{q}{m} - \frac{q}{n-m} + \frac{q}{n+m} - \frac{q}{2n-m} + \frac{q}{2n+m} - \text{etc.}$$

Addantur hae duae series prodibitque series proposita, cuius propterea summa est $= \frac{\pi(p+qy)}{nx}$. Q. E. D.

COROLLARIUM 1

26. Sumatur $p = q$; prodibit ista summatio

$$\frac{\pi(1+y)}{2nx} = \frac{1}{m} - \frac{1}{2n-m} + \frac{1}{2n+m} - \frac{1}{4n-m} + \frac{1}{4n+m} - \text{etc.};$$

at est $\frac{x}{1+y} = \text{tang. A.} \frac{m}{2n} \pi$, quae ergo posito n loco $2n$ congruit cum serie § 23 inventa.

COROLLARIUM 2

27. Si $q = -p$, prodit haec summatio

$$\frac{\pi(1-y)}{2nx} = \frac{1}{n-m} - \frac{1}{n+m} + \frac{1}{3n-m} - \frac{1}{3n+m} + \text{etc.};$$

at est $\frac{1-y}{x} = \text{tang. A.} \frac{m}{2n} \pi$ hincque

$$\frac{x}{1-y} = \text{tang. A.} \left(\frac{-m}{2n} \pi + \frac{1}{2} \pi \right) = \text{tang. A.} \frac{(n-m)}{2n} \pi,$$

quae series denuo scripto m loco $n-m$ ad praecedentem reducitur.

•

PROBLEMA 4

28. *Invenire summam huius seriei*

$$\frac{1}{m} + \frac{1}{n-m} - \frac{1}{n+m} - \frac{1}{2n-m} + \frac{1}{2n+m} + \frac{1}{3n-m} - \text{etc.}$$

per formulam integralem.

SOLUTIO

Tribuantur singulis fractionibus numeratores, qui sint potestates ipsius z, quarum exponentes denominatoribus aequentur, habebiturque haec series

$$\frac{z^m}{m} + \frac{z^{n-m}}{n-m} - \frac{z^{n+m}}{n+m} - \frac{z^{2n-m}}{2n-m} + \frac{z^{2n+m}}{2n+m} + \text{etc.},$$

quae facto $z = 1$ in illam abibit.   Ponatur summa huius seriei $= s$ ac sumtis differentialibus erit

$$\frac{z\,ds}{dz} = z^m + z^{n-m} - z^{n+m} - z^{2n-m} + z^{2n+m} + z^{3n-m} - \text{etc.},$$

quae series composita est ex duabus geometricis, eritque ideo eius summa

$$= \frac{z^m}{1+z^n} + \frac{z^{n-m}}{1+z^n}.$$

Habemus ergo

$$\frac{z\,ds}{dz} = \frac{z^m + z^{n-m}}{1+z^n} \quad \text{et} \quad ds = \frac{z^{m-1} + z^{n-m-1}}{1+z^n}\,dz,$$

consequenter

$$s = \int \frac{z^{m-1} + z^{n-m-1}}{1+z^n}\,dz;$$

huius itaque integralis valor casu, quo $z = 1$, dabit summam seriei propositae.[1])   Q. E. I.

COROLLARIUM 1

29. Quoniam igitur seriei propositae summa est $\dfrac{\pi}{nx} = \dfrac{\pi}{n \sin. A. \frac{m}{n}\pi}$, erit

$$\frac{\pi}{n \sin. A. \frac{m}{n}\pi} = \int \frac{z^{m-1} + z^{n-m-1}}{1+z^n}\,dz,$$

si post integrationem ponatur $z = 1$.   Hoc ergo casu integrale formulae $\int \frac{z^{m-1} + z^{n-m-1}}{1+z^n}\,dz$ ope circuli potest exhiberi.

COROLLARIUM 2

30. Ponendo ergo loco m et n numeros definitos habebuntur sequentes integrationes casu $z = 1$:

Si $m = 1$, $n = 2$, erit

$$\frac{\pi}{2} = \int \frac{2\,dz}{1+zz};$$

si $m = 1$, $n = 3$, erit

$$\frac{2\pi}{3\sqrt{3}} = \int \frac{1+z}{1+z^3}\,dz = \int \frac{dz}{1-z+zz};$$

---

1) Vide etiam p. 57.   A. G.

si $m = 1$, $n = 4$, erit

$$\frac{\pi}{2\sqrt{2}} = \int \frac{1 + zz}{1 + z^4} \, dz;$$

si $m = 1$, $n = 6$, erit

$$\frac{\pi}{3} = \int \frac{1 + z^4}{1 + z^6} \, dz;$$

quae omnia integratione actu instituta veritati consentanea deprehenduntur.

PROBLEMA 5

31. *Invenire summam huius seriei*

$$\frac{1}{m} - \frac{1}{n-m} + \frac{1}{n+m} - \frac{1}{2n-m} + \frac{1}{2n+m} - \frac{1}{3n-m} + \frac{1}{3n+m} - \text{etc.}$$

per formulam integralem.

SOLUTIO

Coniungantur cum his fractionibus numeratores idonei, ut ante fecimus, ac ponatur

$$s = \frac{z^m}{m} - \frac{z^{n-m}}{n-m} + \frac{z^{n+m}}{n+m} - \frac{z^{2n-m}}{2n-m} + \frac{z^{2n+m}}{2n+m} - \text{etc.};$$

erit utique facto $z = 1$ valor ipsius s summa seriei propositae. Instituatur iam differentiatio ac prodibit

$$\frac{z \, ds}{dz} = z^m - z^{n-m} + z^{n+m} - z^{2n-m} + z^{2n+m} - \text{etc.};$$

cuius seriei summa quia exhiberi potest, habebitur

$$\frac{z \, ds}{dz} = \frac{z^m - z^{n-m}}{1 - z^n},$$

unde fit

$$s = \int \frac{z^{m-1} - z^{n-m-1}}{1 - z^n} \, dz.$$

Huius ergo formulae integralis valor casu $z = 1$ dabit summam seriei propositae.[1]) Q. E. I.

---

1) Vide etiam p. 61.   A. G.

COROLLARIUM 1

32. Per § 23 est seriei propositae summa $= \dfrac{\pi}{nt} = \dfrac{\pi y}{nx} = \dfrac{\pi \cos. A. \frac{m}{n} \pi}{n \sin. A. \frac{m}{n} \pi}$.
Quamobrem erit

$$\frac{\pi \cos. A. \frac{m}{n} \pi}{n \sin. A. \frac{m}{n} \pi} = \int \frac{z^{m-1} - z^{n-m-1}}{1-z^n} dz$$

casu, quo post integrationem ponitur $z = 1$.

COROLLARIUM 2

33. Casus ergo simpliciores ita se habebunt:

Si $m = 1$, $n = 3$, erit

$$\frac{\pi}{3\sqrt{3}} = \int \frac{(1-z)\,dz}{1-z^3} = \int \frac{dz}{1+z+zz};$$

si $m = 1$, $n = 4$, erit

$$\frac{\pi}{4} = \int \frac{(1-z^2)\,dz}{1-z^4} = \int \frac{dz}{1+z^2};$$

si $m = 1$, $n = 6$, erit

$$\frac{\pi}{2\sqrt{3}} = \int \frac{(1-z^4)\,dz}{1-z^6} = \int \frac{(1+zz)\,dz}{1+zz+z^4};$$

quarum formularum congruentia cum veritate post integrationem actu institutam sponte patet.

SCHOLION

34. Si in binis seriebus nunc tractatis bini termini in unum colligantur, orientur sequentes summationes:

$$\frac{\pi}{n \sin. A. \frac{m}{n} \pi} = \frac{1}{m} + \frac{2m}{n^2-m^2} - \frac{2m}{4n^2-m^2} + \frac{2m}{9n^2-m^2} - \frac{2m}{16n^2-m^2} + \text{etc.},$$

$$\frac{\pi \cos. A. \frac{m}{n} \pi}{n \sin. A. \frac{m}{n} \pi} = \frac{1}{m} - \frac{2m}{n^2-m^2} - \frac{2m}{4n^2-m^2} - \frac{2m}{9n^2-m^2} - \frac{2m}{16n^2-m^2} - \text{etc.}$$

His ergo ordinatis habebimus duas sequentes series notatu maxime dignas

$$\frac{\pi}{2\,mn\sin.\,\mathrm{A.}\,\frac{m}{n}\,\pi} - \frac{1}{2\,mm} = \frac{1}{n^2-m^2} - \frac{1}{4\,n^2-m^2} + \frac{1}{9\,n^2-m^2} - \frac{1}{16\,n^2-m^2} + \text{etc.,}$$

$$\frac{1}{2\,mm} - \frac{\pi\cos.\,\mathrm{A.}\,\frac{m}{n}\,\pi}{2\,nm\sin.\,\mathrm{A.}\,\frac{m}{n}\,\pi} = \frac{1}{n^2-m^2} + \frac{1}{4\,n^2-m^2} + \frac{1}{9\,n^2-m^2} + \frac{1}{16\,n^2-m^2} + \text{etc.;}$$

quae si invicem addantur, dabunt

$$\frac{\pi\left(1-\cos.\,\mathrm{A.}\,\frac{m}{n}\,\pi\right)}{4\,mn\sin.\,\mathrm{A.}\,\frac{m}{n}\,\pi} = \frac{\pi\sin.\,\mathrm{A.}\,\frac{m}{2\,n}\,\pi}{4\,mn\cos.\,\mathrm{A.}\,\frac{m}{2\,n}\,\pi}$$

$$= \frac{1}{n^2-m^2} + \frac{1}{9\,n^2-m^2} + \frac{1}{25\,n^2-m^2} + \frac{1}{49\,n^2-m^2} + \text{etc.}$$

Hasque series ante aliquot annos ex principiis longe diversis sum consecutus.[1]

THEOREMA 2

35. *Summa huius seriei quadratorum*

$$\frac{1}{m^2} - \frac{1}{(n-m)^2} - \frac{1}{(n+m)^2} + \frac{1}{(2n-m)^2} + \frac{1}{(2n+m)^2} - \frac{1}{(3n-m)^2} - \text{etc.}$$

est

$$= \frac{\pi^2\cos.\,\mathrm{A.}\,\frac{m}{n}\,\pi}{nn\left(\sin.\,\mathrm{A.}\,\frac{m}{n}\,\pi\right)^2}.$$

DEMONSTRATIO

In § 12 vidimus esse

$$\frac{\pi}{n\sin.\,\mathrm{A.}\,\frac{m}{n}\,\pi} = \frac{1}{m} + \frac{1}{n-m} - \frac{1}{n+m} - \frac{1}{2n-m} + \frac{1}{2n+m} + \frac{1}{3n-m} - \frac{1}{3n+m} - \text{etc.;}$$

---

1) Vide L. EULERI Commentationem 130 (indicis ENESTROEMIANI): *De seriebus quibusdam considerationes,* Comment. acad. sc. Petrop. **12** (1740), 1750, p. 53, imprimis p. 64: *LEONHARDI EULERI Opera omnia,* series I, vol. 14.   A. G.

quae aequalitas cum semper habeat locum, quicquid sit m, differentialia quoque aequalia esse debent. Differentiemus ergo tam seriem quam ipsius summam posita m variabili eruntque differentialia quoque aequalia. Habebitur autem utrinque per dm diviso

$$\frac{-\pi^2 \cos. A.\frac{m}{n}\pi}{nn\left(\sin. A.\frac{m}{n}\pi\right)^2} = -\frac{1}{m^2} + \frac{1}{(n-m)^2} + \frac{1}{(n+m)^2} - \frac{1}{(2n-m)^2} - \frac{1}{(2n+m)^2} + \text{etc.}$$

Mutentur signa atque habebitur summa seriei quadratorum propositae. Q. E. D.

COROLLARIUM 1

36. Evolvamus aliquot casus simpliciores sitque $m = 1$, $n = 2$; erit

$$\sin. A.\frac{m}{n}\pi = 1 \quad \text{et} \quad \cos. A.\frac{m}{n}\pi = 0,$$

unde

$$0 = 1 - 1 - \frac{1}{9} + \frac{1}{9} + \frac{1}{25} - \frac{1}{25} - \frac{1}{49} + \text{etc.}$$

Sit $m = 1$, $n = 3$; erit

$$\sin. A.\frac{m}{n}\pi = \frac{\sqrt{3}}{2} \quad \text{et} \quad \cos. A.\frac{m}{n}\pi = \frac{1}{2},$$

unde

$$\frac{2\pi\pi}{27} = 1 - \frac{1}{4} - \frac{1}{16} + \frac{1}{25} + \frac{1}{49} - \frac{1}{64} - \frac{1}{100} + \text{etc.}$$

Sit $m = 1$, $n = 4$; erit

$$\sin. A.\frac{m}{n}\pi = \cos. A.\frac{m}{n}\pi = \frac{1}{\sqrt{2}},$$

unde

$$\frac{\pi\pi}{8\sqrt{2}} = 1 - \frac{1}{9} - \frac{1}{25} + \frac{1}{49} + \frac{1}{81} - \frac{1}{121} - \frac{1}{169} + \text{etc.}$$

COROLLARIUM 2

37. Multiplicemus seriem

$$\frac{2\pi\pi}{27} = 1 - \frac{1}{4} - \frac{1}{16} + \frac{1}{25} + \frac{1}{49} - \frac{1}{64} - \frac{1}{100} + \text{etc.},$$

in qua quadrata per ternarium divisibilia desunt, per

$$\frac{9}{8} = 1 + \frac{1}{9} + \frac{1}{81} + \frac{1}{729} + \text{etc.},$$

ut omnia quadrata occurrant, eritque

$$\frac{\pi\pi}{12} = 1 - \frac{1}{4} + \frac{1}{9} - \frac{1}{16} + \frac{1}{25} - \frac{1}{36} + \frac{1}{49} - \text{etc.},$$

cuius veritas iam alibi a me est demonstrata.[1])

COROLLARIUM 3

38. Cum sit ex § 14

$$\frac{\pi\pi}{nnxx} = \frac{\pi\pi}{nn\left(\sin. A.\frac{m}{n}\pi\right)^2} = \frac{1}{m^2} + \frac{1}{(n-m)^2} + \frac{1}{(n+m)^2} + \frac{1}{(2n-m)^2} + \frac{1}{(2n+m)^2} + \text{etc.},$$

erit his seriebus additis

$$\frac{\pi\pi\left(1 + \cos. A.\frac{m}{n}\pi\right)}{2nn\left(\sin. A.\frac{m}{n}\pi\right)^2} = \frac{1}{m^2} + \frac{1}{(2n-m)^2} + \frac{1}{(2n+m)^2} + \frac{1}{(4n-m)^2} + \frac{1}{(4n+m)^2} + \text{etc.},$$

quae series scribendo n loco $2n$ ad illam reducitur; est enim

$$\frac{1 + \cos. A.\frac{m}{n}\pi}{\left(\sin. A.\frac{m}{n}\pi\right)^2} = \frac{1}{2\left(\sin. A.\frac{m}{2n}\pi\right)^2}.$$

SCHOLION

39. Summatio ergo in hac propositione demonstrata directe deduci potuisset ex summatione seriei § 14 datae. Cum enim sit

$$\frac{\pi\pi}{nn\left(\sin. A.\frac{m}{n}\pi\right)^2} = \frac{1}{m^2} + \frac{1}{(n-m)^2} + \frac{1}{(n+m)^2} + \frac{1}{(2n-m)^2} + \frac{1}{(2n+m)^2} + \text{etc.},$$

---

1) Vide notam p. 4.   A. G.

erit quoque scribendo $2n$ loco n

$$\frac{\pi\pi}{4\,nn\left(\sin.\,A.\,\frac{m}{2\,n}\,\pi\right)^2} = \frac{\pi\pi\left(1+\cos.\,A.\,\frac{m}{n}\,\pi\right)}{2\,nn\left(\sin.\,A.\,\frac{m}{n}\,\pi\right)^2}$$

$$= \frac{1}{m^2} + \frac{1}{(2\,n-m)^2} + \frac{1}{(2\,n+m)^2} + \frac{1}{(4\,n-m)^2} + \frac{1}{(4\,n+m)^2} + \text{etc.};$$

a cuius duplo si illa subtrahatur, remanebit proposita

$$\frac{\pi\pi\cos.\,A.\,\frac{m}{n}\,\pi}{nn\left(\sin.\,A.\,\frac{m}{n}\,\pi\right)^2} = \frac{1}{m^2} - \frac{1}{(n-m)^2} - \frac{1}{(n+m)^2} + \frac{1}{(2\,n-m)^2} + \frac{1}{(2\,n+m)^2} - \text{etc.};$$

simili autem modo ex serie § 23, quae ob signa alternantia maxime videtur regularis, deduci potest series § 12 exhibita. Cum enim sit

$$\frac{\pi\cos.\,A.\,\frac{m}{n}\,\pi}{n\sin.\,A.\,\frac{m}{n}\,\pi} = \frac{1}{m} - \frac{1}{n-m} + \frac{1}{n+m} - \frac{1}{2\,n-m} + \frac{1}{2\,n+m} - \frac{1}{3\,n-m} + \text{etc.},$$

erit, si $2n$ loco n scribatur,

$$\frac{\pi\cos.\,A.\,\frac{m}{2\,n}\,\pi}{2\,n\sin.\,A.\,\frac{m}{2\,n}\,\pi} = \frac{\pi\left(1+\cos.\,A.\,\frac{m}{n}\,\pi\right)}{2\,n\sin.\,A.\,\frac{m}{n}\,\pi} = \frac{1}{m} - \frac{1}{2\,n-m} + \frac{1}{2\,n+m} - \frac{1}{4\,n-m} + \frac{1}{4\,n+m} - \text{etc.}$$

Ab huius duplo subtrahatur illa series eritque

$$\frac{\pi}{n\sin.\,A.\,\frac{m}{n}\,\pi} = \frac{1}{m} + \frac{1}{n-m} - \frac{1}{n+m} - \frac{1}{2\,n-m} + \frac{1}{2\,n+m} + \text{etc.},$$

quae est ipsa series § 12 inventa.

Simili autem modo formulae integrales, quae pro his summis sunt inventae, ad se invicem reducuntur. Cum enim (§ 32) sit

$$\frac{\pi\cos.\,A.\,\frac{m}{n}\,\pi}{n\sin.\,A.\,\frac{m}{n}\,\pi} = \int \frac{z^{m-1}-z^{n-m-1}}{1-z^n}\,dz,$$

erit quoque

$$\frac{\pi\cos.\,A.\,\frac{m}{2\,n}\,\pi}{2\,n\sin.\,A.\,\frac{m}{2\,n}\,\pi} = \frac{\pi\left(1+\cos.\,A.\,\frac{m}{n}\,\pi\right)}{2\,n\sin.\,A.\,\frac{m}{n}\,\pi} = \int \frac{z^{m-1}-z^{2\,n-m-1}}{1-z^{2\,n}}\,dz;$$

ab huius duplo subtrahatur prior; erit

$$\frac{\pi}{n \sin. A. \frac{m}{n} \pi} = \int \frac{2 z^{m-1} - 2 z^{2n-m-1}}{1 - z^{2n}} dz - \int \frac{z^{m-1} - z^{n-m-1}}{1 - z^n} dz$$

$$= \int \frac{z^{m-1} - z^{n+m-1} + z^{n-m-1} - z^{2n-m-1}}{1 - z^{2n}} dz = \int \frac{z^{m-1} + z^{n-m-1}}{1 + z^n} dz,$$

quae est ipsa integratio § 29 inventa. Ex quibus perspicuum est omnia, quae hactenus sunt eruta, deduci potuisse ex hac summatione

$$\frac{\pi \cos. A. \frac{m}{n} \pi}{n \sin. A. \frac{m}{n} \pi} = \int \frac{z^{m-1} - z^{n-m-1}}{1 - z^n} dz$$

$$= \frac{1}{m} - \frac{1}{n-m} + \frac{1}{n+m} - \frac{1}{2n-m} + \frac{1}{2n+m} - \frac{1}{3n-m} + \frac{1}{3n+m} - \text{etc.}$$

Ex qua per differentiationem nascitur haec

$$\frac{\pi\pi}{nn \left(\sin. A. \frac{m}{n} \pi\right)^2} = \frac{1}{m^2} + \frac{1}{(n-m)^2} + \frac{1}{(n+m)^2} + \frac{1}{(2n-m)^2} + \frac{1}{(2n+m)^2} + \text{etc.},$$

quae § 14 iam est inventa.

PROBLEMA 5

40. *Invenire differentialia primi, secundi sequentiumque altiorum ordinum huius quantitatis*

$$\frac{\pi \cos. A. \frac{m}{n} \pi}{n \sin. A. \frac{m}{n} \pi}$$

posito m variabili.

SOLUTIO

Ponamus brevitatis gratia

$$\sin. A. \frac{m}{n} \pi = x \quad \text{et} \quad \cos. A. \frac{m}{n} \pi = y;$$

erit primo $y = \sqrt{(1 - xx)}$; tum vero erit

$$dx = \frac{\pi \, dm}{n} y = \frac{\pi y}{n} dm \quad \text{et} \quad dy = -\frac{\pi x}{n} dm.$$

Vocetur quoque quantitas proposita, cuius differentialia quaeruntur,

$$\frac{\pi \cos. A. \frac{m}{n}\pi}{n \sin. A. \frac{m}{n}\pi} = V;$$

erit $V = \frac{\pi y}{n x}$. Hinc ergo erit

$$dV = \frac{\pi(x\,dy - y\,dx)}{nxx} = \frac{-\pi\pi\,dm}{nnxx}$$

ob $xx + yy = 1$ ideoque

$$\frac{dV}{dm} = \frac{-\pi\pi}{nn}\cdot\frac{1}{xx};$$

huius porro sumatur differentiale eritque

$$\frac{dd V}{dm} = + \frac{\pi\pi}{nn}\cdot\frac{2\,dx}{x^3} = \frac{2\pi^3}{n^3}\cdot\frac{y\,dm}{x^3}$$

ideoque

$$\frac{d^2 V}{dm^2} = \frac{\pi^3}{n^3}\cdot\frac{2y}{x^3}.$$

Quodsi simili modo sequentia differentialia computentur, ita se habebunt:

$$V = +\frac{\pi}{nx}\cdot y,$$

$$\frac{dV}{dm} = -\frac{\pi^2}{n^2 x^2}\cdot 1,$$

$$\frac{dd V}{dm^2} = +\frac{\pi^3}{n^3 x^3}\cdot 2y,$$

$$\frac{d^3 V}{dm^3} = -\frac{\pi^4}{n^4 x^4}(4yy + 2),$$

$$\frac{d^4 V}{dm^4} = +\frac{\pi^5}{n^5 x^5}(8y^3 + 16y),$$

$$\frac{d^5 V}{dm^5} = -\frac{\pi^6}{n^6 x^6}(16y^4 + 88y^2 + 16),$$

$$\frac{d^6 V}{dm^6} = +\frac{\pi^7}{n^7 x^7}(32y^5 + 416y^3 + 272y),$$

$$\frac{d^7 V}{dm^7} = -\frac{\pi^8}{n^8 x^8}(64y^6 + 1824y^4 + 2880y^2 + 272)\,{}^{1})$$

etc.

---

1) Editio princeps: $\cdots + 2886y^2 + \cdots$ Correxit A. G.

Lex progressionis ita se habet, ut, si fuerit

$$\frac{d^\nu V}{dm^\nu} = \pm \frac{\pi^{\nu+1}}{n^{\nu+1}x^{\nu+1}}(\alpha y^{\nu-1} + \beta y^{\nu-3} + \gamma y^{\nu-5} + \delta y^{\nu-7} + \varepsilon y^{\nu-9} + \text{etc.}),$$

futurus sit sequens differentiationis ordo

$$\frac{d^{\nu+1}V}{dm^{\nu+1}} = \mp \frac{\pi^{\nu+2}}{n^{\nu+2}x^{\nu+2}}\left\{\begin{array}{l} 2\alpha y^\nu + (4\beta + (\nu-1)\alpha)y^{\nu-2} + (6\gamma + (\nu-3)\beta)y^{\nu-4} \\ + (8\delta + (\nu-5)\gamma)y^{\nu-6} + (10\varepsilon + (\nu-7)\delta)y^{\nu-8} + \text{etc.} \end{array}\right\}.$$

Differentialia igitur cuiuscunque ordinis ex praecedentibus determinabuntur. Q. E. I.

PROBLEMA 6

41. *Invenire summam huius seriei*

$$\frac{1}{m^\nu} + \frac{1}{(m-n)^\nu} + \frac{1}{(m+n)^\nu} + \frac{1}{(m-2n)^\nu} + \frac{1}{(m+2n)^\nu} + \frac{1}{(m-3n)^\nu} + \text{etc.}$$

singulis terminis seriei § 23 *inventae ad dignitatem quamcunque elevatis.*

SOLUTIO

Si ponamus sin. A. $\frac{m}{n}\pi = x$, cos. A. $\frac{m}{n}\pi = y$ atque $\frac{\pi y}{nx} = V$, erit ex § 23

$$V = \frac{1}{m} + \frac{1}{m-n} + \frac{1}{m+n} + \frac{1}{m-2n} + \frac{1}{m+2n} + \frac{1}{m-3n} + \text{etc.}$$

Quodsi iam posito m variabili differentialia capiantur, prodibunt sequentes summationes:

$$-\quad \frac{dV}{1\,dm} \quad = \frac{1}{m^2} + \frac{1}{(m-n)^2} + \frac{1}{(m+n)^2} + \frac{1}{(m-2n)^2} + \frac{1}{(m+2n)^2} + \text{etc.},$$

$$+\quad \frac{ddV}{1\cdot 2\,dm^2} \quad = \frac{1}{m^3} + \frac{1}{(m-n)^3} + \frac{1}{(m+n)^3} + \frac{1}{(m-2n)^3} + \frac{1}{(m+2n)^3} + \text{etc.},$$

$$-\quad \frac{d^3V}{1\cdot 2\cdot 3\,dm^3} = \frac{1}{m^4} + \frac{1}{(m-n)^4} + \frac{1}{(m+n)^4} + \frac{1}{(m-2n)^4} + \frac{1}{(m+2n)^4} + \text{etc.},$$

$$+\quad \frac{d^4V}{1\cdot 2\cdot 3\cdot 4\,dm^4} = \frac{1}{m^5} + \frac{1}{(m-n)^5} + \frac{1}{(m+n)^5} + \frac{1}{(m-2n)^5} + \frac{1}{(m+2n)^5} + \text{etc.}$$

etc.

Erit ergo seriei gradus indefiniti propositae

$$\frac{1}{m^\nu} + \frac{1}{(m-n)^\nu} + \frac{1}{(m+n)^\nu} + \frac{1}{(m-2n)^\nu} + \frac{1}{(m+2n)^\nu} + \frac{1}{(m-3n)^\nu} + \text{etc.}$$

summa

$$= \frac{\pm\, d^{\nu-1} V}{1 \cdot 2 \cdot 3 \cdots (\nu-1)\, dm^{\nu-1}}.$$

At problemate praecedente valorem ipsius $\frac{d^{\nu-1}V}{dm^{\nu-1}}$ exhibuimus; quamobrem quoque summae harum serierum potestatum poterunt definiri.   Q. E. I.

PROBLEMA 7

42. *Sinum anguli cuiuscunque $\frac{m}{n}\pi$ per productum ex infinitis factoribus exhibere.*

SOLUTIO

Cum sit

$$\frac{\pi \cos. \mathrm{A}. \frac{m}{n}\pi}{n \sin. \mathrm{A}. \frac{m}{n}\pi} = \frac{1}{m} - \frac{1}{n-m} + \frac{1}{n+m} - \frac{1}{2n-m} + \text{etc.},$$

tractetur m uti quantitas variabilis ac multiplicetur ubique per dm; erit

$$\frac{\pi\, dm}{n} \cos. \mathrm{A}. \frac{m}{n}\pi = d.\sin. \mathrm{A}. \frac{m}{n}\pi$$

et hanc ob rem erit

$$\frac{\pi\, dm \cos. \mathrm{A}. \frac{m}{n}\pi}{n \sin. \mathrm{A}. \frac{m}{n}\pi} = \frac{d.\sin. \mathrm{A}. \frac{m}{n}\pi}{\sin. \mathrm{A}. \frac{m}{n}\pi} = \frac{dm}{m} - \frac{dm}{n-m} + \frac{dm}{n+m} - \frac{dm}{2n-m} + \frac{dm}{2n+m} - \text{etc.},$$

unde integratione utrinque absoluta erit

$$l \sin. \mathrm{A}. \frac{m}{n}\pi = lm + l(n-m) + l(n+m) + l(2n-m) + l(2n+m) + \text{etc.} + C.$$

Constans C ita esse debet comparata, ut facto $m = \frac{1}{2}n$ logarithmus sinus

fiat $= 0$, quippe quo casu habetur sinus totus. Hoc ergo modo constante C determinata erit

$$l \sin. A. \frac{m}{n} \pi = l\frac{2m}{n} + l\frac{2n-2m}{n} + l\frac{2n+2m}{3n} + l\frac{4n-2m}{3n} + l\frac{4n+2m}{5n} + \text{etc.}$$

Unde, si transeamus ad numeros, habebimus

$$\sin. A. \frac{m}{n} \pi = \frac{2m}{n} \cdot \frac{2n-2m}{n} \cdot \frac{2n+2m}{3n} \cdot \frac{4n-2m}{3n} \cdot \frac{4n+2m}{5n} \cdot \text{etc.}$$

Vel si binos factores in se ducamus, erit

$$\sin. A. \frac{m}{n} \pi = \frac{2m}{n} \cdot \frac{4nn-4mm}{3nn} \cdot \frac{16nn-4mm}{15nn} \cdot \frac{36nn-4mm}{35nn} \cdot \text{etc.}$$

Q. E. I.

COROLLARIUM 1

43. Si loco $2m$ scribamus m, habebimus

$$\sin. A. \frac{m}{2n} \pi = \frac{m}{n} \cdot \frac{2n-m}{n} \cdot \frac{2n+m}{3n} \cdot \frac{4n-m}{3n} \cdot \frac{4n+m}{5n} \cdot \text{etc.}$$

sive

$$\sin. A. \frac{m}{2n} \pi = \frac{m}{n} \cdot \frac{4nn-mm}{4nn-nn} \cdot \frac{16nn-mm}{16nn-nn} \cdot \frac{36nn-mm}{36nn-nn} \cdot \text{etc.}$$

COROLLARIUM 2

44. Quia est $\sin. A. \frac{m}{2n} \pi = \cos. A. \frac{(n-m)}{2n} \pi$, erit, si $n-m$ scribamus loco m, ex serie inventa

$$\cos. A. \frac{m}{2n} \pi = \frac{n-m}{n} \cdot \frac{n+m}{n} \cdot \frac{3n-m}{3n} \cdot \frac{3n+m}{3n} \cdot \text{etc.}$$

sive

$$\cos. A. \frac{m}{2n} \pi = \frac{nn-mm}{nn} \cdot \frac{9nn-mm}{9nn} \cdot \frac{25nn-mm}{25nn} \cdot \text{etc.}$$

COROLLARIUM 3

45. Quoniam est $\sin. A. \frac{m}{n} \pi = 2 \sin. A. \frac{m}{2n} \pi \cdot \cos. A. \frac{m}{2n} \pi$, si $\sin. A. \frac{m}{n} \pi$ dividamus per $2 \sin. A. \frac{m}{2n} \pi$, habebimus

$$\cos. A. \frac{m}{2n} \pi = \frac{2n-2m}{2n-m} \cdot \frac{2n+2m}{2n+m} \cdot \frac{4n-2m}{4n-m} \cdot \frac{4n+2m}{4n+m} \cdot \text{etc.}$$

et diviso $\sin. A. \frac{m}{n}\pi$ per $2\cos. A. \frac{m}{2n}\pi$ habebimus

$$\sin. A. \frac{m}{2n}\pi = \frac{m}{n-m} \cdot \frac{2n-2m}{n+m} \cdot \frac{2n+2m}{3n-m} \cdot \frac{4n-2m}{3n+m} \cdot \frac{4n+2m}{5n-m} \cdot \text{etc.}$$

COROLLARIUM 4

46. Duplices istae sinuum et cosinuum expressiones inter se aequatae dabunt

$$1 = \frac{nn}{nn-mm} \cdot \frac{4nn-4mm}{4nn-mm} \cdot \frac{9nn}{9nn-mm} \cdot \frac{16nn-4mm}{16nn-mm} \cdot \frac{25nn}{25nn-mm} \cdot \text{etc.}$$

COROLLARIUM 5

47. Si n capiatur infinitum seu m infinite parvum, erit $\sin. A. \frac{m}{2n}\pi = \frac{m}{2n}\pi$ hocque casu ex utraque serie nascitur idem valor ipsius π a WALLISIO[1]) datus

$$\pi = 2\,\frac{2 \cdot 2 \cdot 4 \cdot 4 \cdot 6 \cdot 6 \cdot 8 \cdot 8 \cdot 10 \cdot 10 \cdot \text{etc.}}{1 \cdot 3 \cdot 3 \cdot 5 \cdot 5 \cdot 7 \cdot 7 \cdot 9 \cdot 9 \cdot 11 \cdot \text{etc.}}$$

LEMMA 4

48. *Valor huius producti ex infinitis factoribus constantis*

$$\frac{a(c+b)(a+k)(c+b+k)(a+2k)(c+b+2k)\ \text{etc.}}{b(c+a)(b+k)(c+a+k)(b+2k)(c+a+2k)\ \text{etc.}}$$

est

$$= \frac{\int z^{c-1}dz(1-z^k)^{\frac{b-k}{k}}}{\int z^{c-1}dz(1-z^k)^{\frac{a-k}{k}}},$$

si post utramque integrationem ponatur $z = 1.$[2])

1) I. WALLIS (1616—1703), *Arithmetica infinitorum*; *Opera*, t. 1, p. 469.　　A. G.

2) Vide L. EULERI Commentationem 122 (indicis ENESTROEMIANI): *De productis ex infinitis factoribus ortis*, Comment. acad. sc. Petrop. 11 (1739), 1750, p. 3; *LEONHARDI EULERI Opera omnia*, series I, vol. 14.　　A. G.

PROBLEMA 8

49. *Sinum anguli* $\frac{m}{2n}\pi$ *per formulas integrales exprimere.*

SOLUTIO

Cum sit

$$\sin. A. \frac{m}{2n}\pi = \frac{m}{n} \cdot \frac{2n-m}{n} \cdot \frac{2n+m}{3n} \cdot \frac{4n-m}{3n} \cdot \text{etc.}$$

per § 43, comparetur hoc productum infinitum cum lemmate praecedente eritque $a = m$, $b = n$, $k = 2n$ et $c + m = n$ vel $c + n = 2n - m$; utrumque dat $c = n - m$. Hinc igitur fiet

$$\sin. A. \frac{m}{2n}\pi = \frac{\int z^{n-m-1}dz(1-z^{2n})^{-\frac{1}{2}}}{\int z^{n-m-1}dz(1-z^{2n})^{\frac{-2n+m}{2n}}},$$

si post utramque integrationem ita institutam, ut integralia evanescant posito $z = 0$, ponatur $z = 1$.

Cum vero etiam sit per § 45

$$2\sin. A. \frac{m}{2n}\pi = \frac{2m}{n-m} \cdot \frac{2n-2m}{n+m} \cdot \frac{2n+2m}{3n-m} \cdot \frac{4n-2m}{3n+m} \cdot \text{etc.,}$$

erit comparatione cum lemmate instituta $a = 2m$, $b = n - m$, $c = n - m$ et $k = 2n$, unde obtinebitur

$$2\sin. A. \frac{m}{2n}\pi = \frac{\int z^{n-m-1}dz(1-z^{2n})^{\frac{-n-m}{2n}}}{\int z^{n-m-1}dz(1-z^{2n})^{\frac{m-n}{n}}},$$

si post integrationes ponatur $z = 1$. Q. E. I.

COROLLARIUM 1

50. Sequentes ergo nanciscimur diversarum formularum integralium comparationes:

$$\sin. A. \frac{m}{2n}\pi \cdot \int \frac{z^{n-m-1}dz}{(1-z^{2n})^{\frac{2n-m}{2n}}} = \int \frac{z^{n-m-1}dz}{\sqrt{(1-z^{2n})}}$$

et

$$2\sin. A. \frac{m}{2n}\pi \cdot \int \frac{z^{n-m-1}dz}{(1-z^{2n})^{\frac{n-m}{n}}} = \int \frac{z^{n-m-1}dz}{(1-z^{2n})^{\frac{n+m}{2n}}}.$$

COROLLARIUM 2

51. Tum vero sine sinus ratione habita institui potest ista integralium comparatio

$$2 \int \frac{z^{n-m-1} dz}{(1-z^{2n})^{\frac{n-m}{n}}} : \int \frac{z^{n-m-1} dz}{(1-z^{2n})^{\frac{2n-m}{2n}}} = \int \frac{z^{n-m-1} dz}{(1-z^{2n})^{\frac{n+m}{2n}}} : \int \frac{z^{n-m-1} dz}{\sqrt{(1-z^{2n})}} .$$

COROLLARIUM 3

52. Ponamus esse $m = 1$ et $n = 1$; erit $\sin.\mathrm{A}. \frac{m}{2n} \pi = 1$ atque comparationes ita se habebunt

$$\int \frac{dz}{z \sqrt{(1-zz)}} = \int \frac{dz}{z \sqrt{(1-zz)}} \quad \text{et} \quad 2 \int \frac{dz}{z} = \int \frac{dz}{z(1-zz)} ,$$

quarum aequationum posteriori duo spatia hyperbolica infinita inter se comparantur.

COROLLARIUM 4

53. Ponamus esse $m = 2$ et $n = 3$; erit $\sin.\mathrm{A}. \frac{m}{2n} \pi = \frac{\sqrt{3}}{2}$, unde orientur sequentes comparationes

$$\frac{\sqrt{3}}{2} \int \frac{dz}{(1-z^6)^{\frac{2}{3}}} = \int \frac{dz}{\sqrt{(1-z^6)}} \quad \text{et} \quad \sqrt{3} \int \frac{dz}{(1-z^6)^{\frac{1}{3}}} = \int \frac{dz}{(1-z^6)^{\frac{5}{6}}} ;$$

ex his nascitur ista proportio

$$\frac{1}{2} \int \frac{dz}{(1-z^6)^{\frac{2}{3}}} : \int \frac{dz}{(1-z^6)^{\frac{1}{3}}} = \int \frac{dz}{(1-z^6)^{\frac{1}{2}}} : \int \frac{dz}{(1-z^6)^{\frac{5}{6}}} .$$

COROLLARIUM 5

54. Sit $m = 1$, $n = 2$, ut sit $\sin.\mathrm{A}. \frac{m}{2n} \pi = \frac{1}{\sqrt{2}}$; erit

$$\frac{1}{\sqrt{2}} \int \frac{dz}{(1-z^4)^{\frac{3}{4}}} = \int \frac{dz}{(1-z^4)^{\frac{1}{2}}} \quad \text{et} \quad \sqrt{2} \int \frac{dz}{(1-z^4)^{\frac{1}{2}}} = \int \frac{dz}{(1-z^4)^{\frac{3}{4}}} ,$$

quae duae aequationes inter se congruunt.

COROLLARIUM 6

55. Sit $m = 1$, $n = 3$, ut sit $\sin.A. \frac{m}{2n} \pi = \frac{1}{2}$; erit

$$\frac{1}{2} \int \frac{z\,dz}{(1-z^6)^{\frac{5}{6}}} = \int \frac{z\,dz}{(1-z^6)^{\frac{1}{2}}} \quad \text{et} \quad \int \frac{z\,dz}{(1-z^6)^{\frac{2}{3}}} = \int \frac{z\,dz}{(1-z^6)^{\frac{2}{3}}},$$

quarum posterior est identica, prior autem dat

$$\int \frac{z\,dz}{(1-z^6)^{\frac{5}{6}}} = 2 \int \frac{z\,dz}{\sqrt{(1-z^6)}}$$

posito post integrationem $z = 1$, quae conditio semper adiuncta est intelligenda.

PROBLEMA 9

56. *Expressiones infinitas, quas pro cosinu anguli $\frac{m}{2n} \pi$ invenimus, ad formulas integrales reducere.*

SOLUTIO

Primum § 44 invenimus esse

$$\cos.A. \frac{m}{2n} \pi = \frac{n-m}{n} \cdot \frac{n+m}{n} \cdot \frac{3n-m}{3n} \cdot \frac{3n+m}{3n} \cdot \text{etc.,}$$

quae expressio cum lemmate § 48 comparata dat $a = n - m$, $b = n$, $c = m$ et $k = 2n$, quibus substitutis oritur

$$\cos.A. \frac{m}{2n} \pi = \frac{\int z^{m-1}dz(1-z^{2n})^{-\frac{1}{2}}}{\int z^{m-1}dz(1-z^{2n})^{\frac{-n-m}{2n}}}.$$

Deinde § 45 vidimus esse

$$\cos.A. \frac{m}{2n} \pi = \frac{2n-2m}{2n-m} \cdot \frac{2n+2m}{2n+m} \cdot \frac{4n-2m}{4n-m} \cdot \frac{4n+2m}{4n+m} \cdot \text{etc.,}$$

qua expressione cum lemmate comparata reperietur $a = 2n - 2m$, $b = 2n - m$, $c = 3m$ et $k = 2n$, unde erit

$$\cos.A. \frac{m}{2n} \pi = \frac{\int z^{3m-1}dz(1-z^{2n})^{-\frac{m}{2n}}}{\int z^{3m-1}dz(1-z^{2n})^{-\frac{m}{n}}},$$

si post integrationem ponatur $z = 1$. Q. E. I.

COROLLARIUM 1

57. Hinc iterum sinus anguli $\frac{m}{2n}\pi$ exprimi potest ponendo $n-m$ loco m; prior quidem expressio dat eam ipsam, quam iam invenimus, at ex posteriori nascitur

$$\sin. A. \frac{m}{2n}\pi = \frac{\int z^{3n-3m-1}dz(1-z^{2n})^{\frac{-n+m}{2n}}}{\int z^{3n-3m-1}dz(1-z^{2n})^{\frac{-n+m}{n}}}.$$

COROLLARIUM 2

58. Quemadmodum tres expressiones pro sinu habemus, ita ad duas expressiones pro cosinu inventas tertia accedet ex secunda expressione sinus [§ 49], quae dabit

$$2\cos. A. \frac{m}{2n}\pi = \frac{\int z^{m-1}dz(1-z^{2n})^{\frac{-2n+m}{2n}}}{\int z^{m-1}dz(1-z^{2n})^{\frac{-m}{n}}}.$$

COROLLARIUM 3

59. Hinc igitur innumerabilia paria formularum integralium casu, quo $z=1$, inter se comparari poterunt haeque comparationes pendebunt a multisectione anguli.

PROBLEMA 10

60. *Invenire expressiones integrales, quae casu $z=1$ tangentem anguli $\frac{m}{2n}\pi$ exhibeant.*

SOLUTIO

Cum tangens anguli sit quotus ex divisione sinus per cosinum ortus, erit ex § 43 et 44

$$\tan g. A. \frac{m}{2n}\pi = \frac{m}{n-m}\cdot\frac{2n-m}{n+m}\cdot\frac{2n+m}{3n-m}\cdot\frac{4n-m}{3n+m}\cdot \text{etc.};$$

comparetur haec expressio cum lemmate § 48 eritque $a=m$, $b=n-m$, $c=n$ et $k=2n$, unde orietur

$$\text{tang. A.}\,\frac{m}{2n}\pi = \frac{\int z^{n-1}dz(1-z^{2n})^{\frac{-n-m}{2n}}}{\int z^{n-1}dz(1-z^{2n})^{\frac{m-2n}{2n}}}$$

posito post utramque integrationem $z = 1$. Deinde ex § 45 elicitur pro tangente ista expressio

$$\text{tang. A.}\,\frac{m}{2n}\pi = \frac{m}{n-m}\cdot\frac{2n-m}{n+m}\cdot\frac{2n+m}{3n-m}\cdot\frac{4n-m}{3n+m}\cdot\text{etc.,}$$

ex qua eadem expressio integralis quae ante invenitur.   Q. E. I.

COROLLARIUM 1

61. Ponamus $m = 2$ et $n = 3$; erit tang. A.$\frac{m}{2n}\pi = \sqrt{3}$ hincque

$$\sqrt{3}\int\frac{zz\,dz}{(1-z^6)^{\frac{2}{3}}} = \int\frac{zz\,dz}{(1-z^6)^{\frac{5}{6}}};$$

si ponamus $z^3 = v$, erit $zz\,dz = \frac{1}{3}dv$ ac proinde

$$\int\frac{dv\sqrt{3}}{(1-v^2)^{\frac{2}{3}}} = \int\frac{dv}{(1-v^2)^{\frac{5}{6}}}.$$

COROLLARIUM 2

62. Si generaliter ponamus $z^n = v$, habebitur

$$\text{tang. A.}\,\frac{m}{2n}\pi = \frac{\int dv(1-vv)^{\frac{-n-m}{2n}}}{\int dv(1-vv)^{\frac{m-2n}{2n}}}$$

sive

$$\text{tang. A.}\,\frac{m}{2n}\pi\cdot\int\frac{dv}{(1-vv)^{\frac{2n-m}{2n}}} = \int\frac{dv}{(1-vv)^{\frac{n+m}{2n}}}.$$

COROLLARIUM 3

63. Sit $m = 1$, $n = 2$; erit tang. A.$\frac{m}{2n}\pi = 1$ hincque

$$\int\frac{dv}{(1-vv)^{\frac{3}{4}}} = \int\frac{dv}{(1-vv)^{\frac{3}{4}}},$$

quae aequatio identica inservit veritati calculi comprobandae.

SCHOLION

64. Plures huius generis comparationes institui poterunt, si in subsidium vocentur theoremata circa comparationes formularum integralium alibi a me demonstrata (Tom. Comment. XI)[1]), unde quaedam instar lemmatum depromam.

LEMMA 5

65. *Si post integrationes ubique ponatur* $z = 1$, *erit*

$$\int \frac{z^{a-1}dz}{(1-z^b)^{1-c}} \cdot \int \frac{z^{a+bc-1}dz}{(1-z^b)^{1-\gamma}} = \int \frac{z^{a-1}dz}{(1-z^b)^{1-\gamma}} \cdot \int \frac{z^{a+b\gamma-1}dz}{(1-z^b)^{1-c}}.$$

LEMMA 6

66. *Si post integrationes ponatur* $z = 1$, *erit*

$$\frac{b+1}{c+1} = \frac{\int z^{b(\frac{1}{2}-k)-1}dz(1-z^b)^c \cdot \int z^{b(\frac{3}{2}+c-k)-1}dz(1-z^b)^{-\frac{1}{2}+k}}{\int z^{b(\frac{1}{2}-k)-1}dz(1-z^b)^b \cdot \int z^{b(\frac{3}{2}+b+k)-1}dz(1-z^b)^{-\frac{1}{2}-k}}.$$

LEMMA 7

67. *Si post integrationes ponatur* $z = 1$, *erit*

$$\frac{c}{a} = \frac{\int z^{a-1}dz(1-z^b)^{-\frac{1}{2}+k} \cdot \int z^{a+(\frac{1}{2}+k)b-1}dz(1-z^b)^{-\frac{1}{2}-k}}{\int z^{c-1}dz(1-z^b)^{-\frac{1}{2}-k} \cdot \int z^{c+(\frac{1}{2}-k)b-1}dz(1-z^b)^{-\frac{1}{2}+k}}.$$

LEMMA 8

68. *Si post integrationes ponatur* $z = 1$, *erit*

$$\frac{(a+1)(a-k+1)}{(c+1)(c+k+1)} = \frac{\int z^{b(1+k)-1}dz(1-z^b)^c \cdot \int z^{b(1-k)-1}dz(1-z^b)^{c+k}}{\int z^{b(1-k)-1}dz(1-z^b)^a \cdot \int z^{b(1+k)-1}dz(1-z^b)^{a-k}}.$$

---

1) Editio princeps: *Tom. Comment.* X. Dissertatio autem commemorata est L. EULERI Commentatio 122. Vide notam 2 p. 21.   A. G.

THEOREMA 3

69. *Si post integrationes ponatur* $z = 1$, *erit*

$$\cos. A. \frac{m}{2n} \pi = \frac{\int \frac{z^{m-1}dz}{(1-z^{2n})^{\frac{1}{2}}} \cdot \int \frac{z^{n-1}dz}{(1-z^{2n})^{1-c}}}{\int \frac{z^{m-1}dz}{(1-z^{2n})^{1-c}} \cdot \int \frac{z^{m+2nc-1}dz}{(1-z^{2n})^{\frac{n+m}{2n}}}} \cdot$$

DEMONSTRATIO

Si enim in Lemmate 5 ponamus $a = m$, $b = 2n$ et $\gamma = \frac{n-m}{2n}$, fit

$$\int \frac{z^{a-1}dz}{(1-z^b)^{1-\gamma}} = \int \frac{z^{m-1}dz}{(1-z^{2n})^{\frac{n+m}{2n}}} \cdot$$

At per § 56 est

$$\int \frac{z^{m-1}dz}{(1-z^{2n})^{\frac{n+m}{2n}}} = \frac{1}{\cos. A. \frac{m}{2n}\pi} \int \frac{z^{m-1}dz}{(1-z^{2n})^{\frac{1}{2}}},$$

qui valor in lemmate substitutus dabit aequalitatem, quam demonstrari oportebat.

COROLLARIUM 1

70. Inest in hac aequalitate exponens indefinitus c, quem pro arbitrio determinare licet; sit igitur $c = \frac{1}{2}$, et quia numerator et denominator factorem habent communem, erit

$$\cos. A. \frac{m}{2n} \pi \cdot \int \frac{z^{n+m-1}dz}{(1-z^{2n})^{\frac{n+m}{2n}}} = \int \frac{z^{n-1}dz}{\sqrt{(1-z^{2n})}} \cdot$$

COROLLARIUM 2

71. Si in formula $\int \frac{z^{n-1}dz}{\sqrt{(1-z^{2n})}}$ ponamus $z^n = v$, abit ea in $\frac{1}{n} \int \frac{dv}{\sqrt{(1-vv)}}$, cuius integrale posito $z = 1$ seu $v = 1$ erit $\frac{\pi}{2n}$. Hanc ob rem erit

$$\int \frac{z^{n+m-1}dz}{(1-z^{2n})^{\frac{n+m}{2n}}} = \frac{\pi}{2n \cos. A. \frac{m}{2n} \pi}$$

posito $z = 1$.

COROLLARIUM 3

72. Si ponamus $z = \dfrac{u}{(1+u^{2n})^{\frac{1}{2n}}}$, ut loco variabilis z introducamus u, erit $z = 0$, si $u = 0$, at fit $z = 1$, si $u = \infty$. Quamobrem facta substitutione erit

$$\int \frac{u^{n+m-1}du}{1+u^{2n}} = \frac{\pi}{2n \cos. A. \dfrac{m}{2n}\pi}$$

posito post integrationem $u = \infty$.

COROLLARIUM 4

73. Si in § 29 loco n ponamus $2n$, erit

$$\frac{\pi}{2n \sin. A. \dfrac{m}{2n}\pi} = \int \frac{z^{m-1}+z^{2n-m-1}}{1+z^{2n}}dz,$$

si post integrationem fiat $z = 1$. Quodsi ergo pro m scribatur $n - m$, fiet

$$\frac{\pi}{2n \cos. A. \dfrac{m}{2n}\pi} = \int \frac{z^{n-m-1}+z^{n+m-1}}{1+z^{2n}}dz$$

posito post integrationem $z = 1$, quod ergo integrale aequatur huic $\int \dfrac{u^{n+m-1}du}{1+u^{2n}}$, si ponatur $u = \infty$.

THEOREMA 4

74. *Si post integrationes ponatur $z = 1$, erit*

$$2\cos. A.\frac{m}{2n}\pi \cdot \int \frac{z^{2m-1}dz}{(1-z^{2n})^{\frac{m}{n}}} = \int \frac{z^{2n-m-1}dz}{(1-z^{2n})^{\frac{2n-m}{2n}}}.$$

DEMONSTRATIO

In § 58 nacti sumus hanc cosinus expressionem

$$2\cos. A.\frac{m}{2n}\pi = \frac{\int z^{m-1}dz(1-z^{2n})^{\frac{-2n+m}{2n}}}{\int z^{m-1}dz(1-z^{2n})^{-\frac{m}{n}}}.$$

Si iam in Lemmate 5 faciamus $a = m$, $b = 2n$, $c = \frac{m}{2n}$ et $\gamma = \frac{n-m}{n}$, duae lemmatis formulae integrales in has, quae $2\cos. \text{A.} \frac{m}{2n}\pi$ exprimunt, transmutantur; quarum loco si scribatur $2\cos. \text{A.} \frac{m}{2n}\pi$, prodibit

$$2\cos. \text{A.} \frac{m}{2n}\pi \cdot \int \frac{z^{2m-1}dz}{(1-z^{2n})^{\frac{m}{n}}} = \int \frac{z^{2n-m-1}dz}{(1-z^{2n})^{\frac{2n-m}{2n}}}.$$

Q. E. D.

COROLLARIUM 1

75. Si hinc in Lemmate 6 ponatur $b = 2n$, $c = \frac{-m}{n}$ et $k = \frac{n-2m}{2n}$, formula $\int z^{b(\frac{1}{2}-k)-1}dz(1-z^b)^c$ abit in hanc $\int \frac{z^{2m-1}dz}{(1-z^{2n})^{\frac{m}{n}}}$, cuius loco si scribamus

$$\frac{1}{2\cos. \text{A.} \frac{m}{2n}\pi} \int \frac{z^{2n-m-1}dz}{(1-z^{2n})^{\frac{2n-m}{2n}}}$$

faciamusque $b = 0$, obtinebimus hanc reductionem

$$2\cos. \text{A.} \frac{m}{2n}\pi = \frac{\int \frac{z^{2n-m-1}dz}{(1-z^{2n})^{\frac{2n-m}{2n}}}}{\int \frac{z^{2n-2m-1}dz}{(1-z^{2n})^{\frac{n-m}{n}}}} \quad \text{seu} \quad \int \frac{z^{2m-1}dz}{(1-z^{2n})^{\frac{m}{n}}} = \int \frac{z^{2n-2m-1}dz}{(1-z^{2n})^{\frac{n-m}{n}}}.$$

COROLLARIUM 2

76. Si ponamus $m = 2$ et $n = 3$, erit $\cos. \text{A.} \frac{m}{2n}\pi = \frac{1}{2}$, unde aequatio theorematis dabit

$$\int \frac{z^3 dz}{(1-z^6)^{\frac{2}{3}}} = \int \frac{z^3 dz}{(1-z^6)^{\frac{2}{3}}},$$

at aequatio corollarii praecedentis dabit

$$\int \frac{z\,dz}{(1-z^6)^{\frac{1}{3}}} = \int \frac{z^3 dz}{(1-z^6)^{\frac{2}{3}}}.$$

seu posito z loco zz hanc

$$\int \frac{dz}{(1-z^3)^{\frac{1}{3}}} = \int \frac{z\,dz}{(1-z^3)^{\frac{2}{3}}}$$

posito $z = 1$.

COROLLARIUM 3

77. Sit $m = 1$ et $n = 2$; fiet $\cos. A. \frac{m}{2n}\pi = \frac{1}{\sqrt{2}}$ ideoque

$$\int \frac{z\,dz\sqrt{2}}{(1-z^4)^{\frac{1}{2}}} = \int \frac{zz\,dz}{(1-z^4)^{\frac{3}{4}}} = \frac{\pi}{2\sqrt{2}}$$

ob $\int \frac{z\,dz}{\sqrt{(1-z^4)}} = \frac{\pi}{4}$. Ex Corollario 1 vero erit

$$\int \frac{z\,dz\sqrt{2}}{(1-z^4)^{\frac{1}{2}}} = \int \frac{zz\,dz}{(1-z^4)^{\frac{3}{4}}},$$

quae est eadem aequalitas.

THEOREMA 5

78. *Si post integrationes ponatur $z = 1$, erit*

$$\text{tang. } A. \frac{m}{2n}\pi \cdot \int \frac{z^{n-1}dz}{(1-z^{2n})^{\frac{2n-m}{2n}}} \cdot \int \frac{z^{2n-m-1}dz}{(1-z^{2n})^{1-\gamma}} = \int \frac{z^{n-1}dz}{(1-z^{2n})^{1-\gamma}} \cdot \int \frac{z^{n+2n\gamma-1}dz}{(1-z^{2n})^{\frac{n+m}{2n}}}.$$

DEMONSTRATIO

In § 60 invenimus esse

$$\int \frac{z^{n-1}dz}{(1-z^{2n})^{\frac{n+m}{2n}}} = \text{tang.} A. \frac{m}{2n}\pi \cdot \int \frac{z^{n-1}dz}{(1-z^{2n})^{\frac{2n-m}{2n}}}.$$

Fiat iam in Lemmate 5 $a = n$, $b = 2n$ et $c = \frac{n-m}{2n}$ atque facta substitutione erit

$$\text{tang. } A. \frac{m}{2n}\pi \cdot \int \frac{z^{n-1}dz}{(1-z^{2n})^{\frac{2n-m}{2n}}} \cdot \int \frac{z^{2n-m-1}dz}{(1-z^{2n})^{1-\gamma}} = \int \frac{z^{n-1}dz}{(1-z^{2n})^{1-\gamma}} \cdot \int \frac{z^{n+2n\gamma-1}dz}{(1-z^{2n})^{\frac{n+m}{2n}}}.$$

Q. E. D.

COROLLARIUM 1

79. Si ponatur $\gamma = 1$, ob duo membra integrabilia fiet

$$\frac{n}{2n-m} \text{ tang. A. } \frac{m}{2n} \pi \cdot \int \frac{z^{n-1}dz}{\left(1-z^{2n}\right)^{\frac{2n-m}{2n}}} = \int \frac{z^{3n-1}dz}{\left(1-z^{2n}\right)^{\frac{n+m}{2n}}} = \frac{n}{2n-m} \int \frac{z^{n-1}dz}{\left(1-z^{2n}\right)^{\frac{n+m}{2n}}};$$

hanc ob rem erit

$$\text{tang. A. } \frac{m}{2n} \pi \cdot \int \frac{z^{n-1}dz}{\left(1-z^{2n}\right)^{\frac{2n-m}{2n}}} = \int \frac{z^{n-1}dz}{\left(1-z^{2n}\right)^{\frac{n+m}{2n}}},$$

quae est ipsa in § 60 inventa.

COROLLARIUM 2

80. Sit $\gamma = \frac{m}{2n}$; erit

$$\text{tang. A.} \frac{m}{2n} \pi \cdot \int \frac{z^{2n-m-1}dz}{\left(1-z^{2n}\right)^{\frac{2n-m}{2n}}} = \int \frac{z^{n+m-1}dz}{\left(1-z^{2n}\right)^{\frac{n+m}{2n}}},$$

ac si ponatur $\gamma = \frac{1}{2}$, ingredietur quadratura circuli eritque

$$\int \frac{z^{2n-m-1}dz}{\sqrt{\left(1-z^{2n}\right)}} \cdot \int \frac{z^{n-1}dz}{\left(1-z^{2n}\right)^{\frac{2n-m}{2n}}} = \frac{\pi}{2n \text{ tang. A.} \frac{m}{2n} \pi} \cdot \int \frac{z^{2n-1}dz}{\left(1-z^{2n}\right)^{\frac{n+m}{2n}}} = \frac{\pi}{2n(n-m) \text{ tang. A.} \frac{m}{2n} \pi}$$

seu

$$\frac{\pi \text{ tang. A.} \frac{m}{2n} \pi}{2mn} = \int \frac{z^{n-1}dz}{\left(1-z^{2n}\right)^{\frac{n+m}{2n}}} \cdot \int \frac{z^{n+m-1}dz}{\sqrt{\left(1-z^{2n}\right)}}.$$

COROLLARIUM 3

81. Cum igitur sit

$$\frac{\pi}{2mn} \text{ tang. A. } \frac{m}{2n} \pi = \int \frac{z^{n-1}dz}{\left(1-z^{2n}\right)^{\frac{n+m}{2n}}} \cdot \int \frac{z^{n+m-1}dz}{\sqrt{\left(1-z^{2n}\right)}}$$

atque ex § 60 sit

$$\int \frac{z^{n-1}dz}{\left(1-z^{2n}\right)^{\frac{n+m}{2n}}} = \text{tang. A. } \frac{m}{2n} \pi \cdot \int \frac{z^{n-1}dz}{\left(1-z^{2n}\right)^{\frac{2n-m}{2n}}},$$

erit

$$\frac{\pi}{2mn} = \int \frac{z^{n-1}dz}{(1-z^{2n})^{\frac{2n-m}{2n}}} \cdot \int \frac{z^{n+m-1}dz}{\sqrt{(1-z^{2n})}}.$$

Productum ergo harum duarum formularum integralium casu, quo $z = 1$, per peripheriam circuli exhiberi potest.

COROLLARIUM 4

82. Sit $m = 1$ et $n = 1$; erit ex corollario praecedente

$$\frac{\pi}{2} = \int \frac{dz}{\sqrt{(1-zz)}} \cdot \int \frac{z\,dz}{\sqrt{(1-zz)}} = \frac{\pi}{2}\left(1 - \sqrt{(1-zz)}\right),$$

quo casu, si fiat $z = 1$, aequalitas sponte perspicitur.

COROLLARIUM 5

83. Sit $m = 1$ et $n = 2$; erit tang. A. $\frac{m}{2n}\pi = 1$, hinc ex Corollario 2 erit

$$\frac{\pi}{4} = \int \frac{z\,dz}{(1-z^4)^{\frac{3}{4}}} \cdot \int \frac{zz\,dz}{\sqrt{(1-z^4)}},$$

ex tertio autem oritur

$$\frac{\pi}{4} = \int \frac{z\,dz}{(1-z^4)^{\frac{3}{4}}} \cdot \int \frac{zz\,dz}{\sqrt{(1-z^4)}},$$

quae duae aequationes inter se congruunt.

COROLLARIUM 6

84. Sit $m = 2$ et $n = 3$; erit tang. A. $\frac{m}{2n}\pi = \sqrt{3}$, hinc ex Corollario 2 oritur

$$\frac{\pi}{4\sqrt{3}} = \int \frac{zz\,dz}{(1-z^6)^{\frac{5}{6}}} \cdot \int \frac{z^4\,dz}{\sqrt{(1-z^6)}},$$

ex tertio vero nascitur haec aequatio

$$\frac{\pi}{12} = \int \frac{zz\,dz}{(1-z^6)^{\frac{2}{3}}} \cdot \int \frac{z^4\,dz}{\sqrt{(1-z^6)}}.$$

SCHOLION

85. Huiusmodi theorematum ex formulis integralibus pro sinu, cosinu et tangente inventis ope Lemmatum 5, 6, 7 et 8 tanta multitudo deduci potest, ut iis capiendis integrum volumen non sufficeret. Aperto autem fonte quilibet, quantum libuerit, inde haurire poterit. Complures quidem occurrunt casus, uti vidimus, quibus vel ad aequationes identicas vel eiusmodi, quae facile eo reducuntur, pervenitur hique casus veritatem reliquorum theorematum eo magis confirmant, in quibus ratio aequalitatis non perspicitur. Sic in aequatione § 80 si ponatur $m = 0$ et $n = 1$, fiet tang. A. $\frac{m}{2n}\pi = \frac{m}{2n}\pi$, eo quod tangens arcus evanescentis ipsi arcui aequatur; hinc igitur fiet

$$\frac{\pi\pi}{4} = \int \frac{dz}{\sqrt{(1 - zz)}} \cdot \int \frac{dz}{\sqrt{(1 - zz)}},$$

cuius veritas, cum sit $\int \frac{dz}{\sqrt{(1 - zz)}} = \frac{\pi}{2}$ casu, quo $z = 1$, sponte apparet. Ceterum huiusmodi formularum integralium, quae neque integrari neque ad se mutuo reduci possunt, comparationes eo magis sunt notatu dignae, quo minus via ad eas comprobandas patere videatur. Sic primum huius generis theorema, ad quod iam pridem fui deductus[1]), simplicitate se commendabat, quo inveni esse productum harum duarum formularum integralium

$$\int \frac{dz}{\sqrt{(1 - z^4)}} \quad \text{et} \quad \int \frac{z^2\, dz}{\sqrt{(1 - z^4)}},$$

quarum altera arcum, altera ordinatam in curva elastica exprimit, casu $z = 1$ aequale areae circuli, cuius diameter sit $= 1$.

---

1) Vide notam p. 21; vide etiam litteram L. EULERI ad IOH. BERNOULLI, 20. Dec. 1738, Biblioth. Mathem. 5_3, 1904, p. 285, imprimis p. 291; *LEONHARDI EULERI Opera omnia*, series III.

A. G.

DE INVENTIONE INTEGRALIUM
SI POST INTEGRATIONEM VARIABILI QUANTITATI
DETERMINATUS VALOR TRIBUATUR

LEMMA 1

1. *Invenire summam seriei recurrentis*

$$A + B + C + D + \cdots + P,$$

in qua quilibet terminus ex duobus praecedentibus ita formatur, ut sit

$$C = mB + nA, \quad D = mC + nB \quad etc.$$

SOLUTIO

Quo solutio latius pateat, multiplicemus singulos terminos per terminos progressionis geometricae, ut habeamus hanc seriem

$$\overset{1}{Ax^{\alpha}} + \overset{2}{Bx^{\alpha+\beta}} + \overset{3}{Cx^{\alpha+2\beta}} + \overset{4}{Dx^{\alpha+3\beta}} + \cdots + \overset{p}{Px^{\alpha+(p-1)\beta}}.$$

Ponamus huius seriei summam $= S$, ut sit

$$S = Ax^{\alpha} + Bx^{\alpha+\beta} + Cx^{\alpha+2\beta} + \cdots + Px^{\alpha+(p-1)\beta}.$$

Hinc lege progressionis in computum ducta erit

$$mSx^{\beta} = mAx^{\alpha+\beta} + mBx^{\alpha+2\beta} + \cdots + mOx^{\alpha+(p-1)\beta} + mPx^{\alpha+p\beta},$$

$$nSx^{2\beta} = \qquad\qquad nAx^{\alpha+2\beta} + \cdots + nNx^{\alpha+(p-1)\beta} + nOx^{\alpha+p\beta} + nPx^{\alpha+(p+1)\beta};$$

5*

subtrahantur hae duae series coniunctim a superiori atque ob

$$C = mB + nA, \quad D = mC + nB, \quad \cdots P = mO + nN$$

habebitur

$$S(1 - mx^\beta - nx^{2\beta})$$

$$= Ax^\alpha + Bx^{\alpha+\beta} - mAx^{\alpha+\beta} - mPx^{\alpha+p\beta} - nOx^{\alpha+p\beta} - nPx^{\alpha+(p+1)\beta}.$$

Sit in serie proposita $A + B + C + D + \cdots + P$ terminus ultimum P sequens $= Q$; erit $Q = mP + nO$, quo introducto fiet

$$S = \frac{Ax^\alpha + Bx^{\alpha+\beta} - mAx^{\alpha+\beta} - Qx^{\alpha+p\beta} - nPx^{\alpha+(p+1)\beta}}{1 - mx^\beta - nx^{2\beta}}.$$

Vel si in serie $A + B + C + \cdots + P$ vocetur terminus primum A antecedens $= \varDelta$, propter $B = mA + n\varDelta$ fiet summa quaesita

$$S = \frac{Ax^\alpha + n\varDelta x^{\alpha+\beta} - Qx^{\alpha+p\beta} - nPx^{\alpha+(p+1)\beta}}{1 - mx^\beta - nx^{2\beta}}.$$

Facto iam $x = 1$ erit seriei propositae $A + B + C + \cdots + P$ summa

$$= \frac{A + n\varDelta - Q - nP}{1 - m - n}.$$

Q. E. I.

LEMMA 2

2. *Existente* $A + B + C + D + \cdots + P$ *serie recurrente, in qua sit*

$$C = mB + nA, \quad D = mC + nB \quad etc.,$$

invenire summam huius seriei

$$\alpha A + (\alpha + \beta)B + (\alpha + 2\beta)C + \cdots + (\alpha + (p-1)\beta)P.$$

SOLUTIO

Consideremus seriem latius patentem hanc

$$S = Ax^\alpha + Bx^{\alpha+\beta} + Cx^{\alpha+2\beta} + \cdots + Px^{\alpha+(p-1)\beta},$$

cuius summam ante invenimus esse

$$S = \frac{Ax^\alpha + n\varDelta x^{\alpha+\beta} - Qx^{\alpha+p\beta} - nPx^{\alpha+(p+1)\beta}}{1 - mx^\beta - nx^{2\beta}}$$

denotante $\varDelta$ terminum primum A antecedentem ac Q terminum ultimum P sequentem in serie $A + B + C + D + \cdots + P$.

Quodsi iam posito x variabili differentietur series, cuius summam posuimus $= S$, erit

$$\frac{dS}{dx} = \alpha A x^{\alpha-1} + (\alpha+\beta)Bx^{\alpha+\beta-1} + \cdots + (\alpha+(p-1)\beta)Px^{\alpha+(p-1)\beta-1},$$

at ex valore summae S ante invento erit

$$\frac{dS}{dx} = \frac{\left\{\begin{array}{l} \alpha Ax^{\alpha-1} + m(\beta-\alpha)Ax^{\alpha+\beta-1} + n(2\beta-\alpha)Ax^{\alpha+2\beta-1} \\ \qquad + n(\beta+\alpha)\varDelta \qquad - \qquad mn\alpha\varDelta \qquad + nn(\beta-\alpha)\varDelta x^{\alpha+3\beta-1} \\ -(\alpha+p\beta)Qx^{\alpha+p\beta-1} + m(\alpha+(p-1)\beta)Qx^{\alpha+(p+1)\beta-1} + n(\alpha+(p-2)\beta)Qx^{\alpha+(p+2)\beta-1} \\ \qquad - n(\alpha+(p+1)\beta)P \qquad + \qquad mn(\alpha+p\beta)P \\ \qquad + nn(\alpha+(p-1)\beta)Px^{\alpha+(p+3)\beta-1} \end{array}\right\}}{(1 - mx^\beta - nx^{2\beta})^2}$$

Ponatur iam $x = 1$ eritque seriei propositae

$$\alpha A + (\alpha+\beta)B + (\alpha+2\beta)C + \cdots + (\alpha+(p-1)\beta)P$$

summa

$$= \frac{\left\{\begin{array}{l} (1-m-n)\alpha A + (m+2n)\beta A + n(1-m-n)\alpha\varDelta + n(1+n)\beta\varDelta \\ -(1-m-n)\alpha Q - p(1-m-n)\beta Q - (m+2n)\beta Q - n(1-m-n)\alpha P \\ \qquad - np(1-m-n)\beta P - n(1+n)\beta P \end{array}\right\}}{(1-m-n)^2}.$$

Vel haec summa est

$$\frac{\alpha A + n\alpha\varDelta - (\alpha+p\beta)Q - n(\alpha+p\beta)P}{1-m-n}$$

$$+ \frac{(m+2n)\beta A + n(1+n)\beta\varDelta - (m+2n)\beta Q - n(1+n)\beta P}{(1-m-n)^2}.$$

Q. E. I.

COROLLARIUM 1

3. Summa ergo huius seriei

$$A + 2B + 3C + 4D + \cdots + pP$$

erit

$$= \frac{A + n\varDelta - (1+p)Q - n(1+p)P}{1-m-n} + \frac{(m+2n)(A-Q) + n(1+n)(\varDelta - P)}{(1-m-n)^2}$$

existente $A + B + C + D + \cdots + P$ serie recurrente, cuius indices sint m et n.

COROLLARIUM 2

4. Simili modo huius seriei

$$A + 3B + 5C + 7D + \cdots + (2p-1)P$$

summa erit

$$= \frac{A + n\varDelta - (2p+1)Q - n(2p+1)P}{1-m-n} + \frac{2(m+2n)(A-Q) + 2n(1+n)(\varDelta - P)}{(1-m-n)^2}.$$

PROBLEMA 1

5. *Invenire summam sinuum quotcunque angulorum in progressione arithmetica progredientium.*

SOLUTIO

Teneant anguli, quorum sinuum summa quaeritur, hanc progressionem

$$\begin{array}{ccccc} 1 & 2 & 3 & 4 & p \\ s, & s+u, & s+2u, & s+3u, & \cdots s+(p-1)u; \end{array}$$

erit ergo series sinuum summanda haec

$$\sin. \mathrm{A}.s + \sin. \mathrm{A}.(s+u) + \sin. \mathrm{A}.(s+2u) + \cdots + \sin. \mathrm{A}.(s+(p-1)u).$$

Est vero haec progressio series recurrens, cuius indices sunt $2\cos. \mathrm{A}.u$, -1 sumta unitate pro sinu toto; unde erit $m = 2\cos. \mathrm{A}.u$ et $n = -1$ facta ad Lemma 1 applicatione. Porro erit $A = \sin. \mathrm{A}.s$, $P = \sin. \mathrm{A}.(s+(p-1)u)$,

$Q = \sin. \text{A}.(s + pu)$ et $\varDelta = \sin. \text{A}.(s - u)$.   Hinc erit summa seriei sinuum propositae

$$= \frac{\sin. \text{A}. s - \sin. \text{A}.(s - u) - \sin. \text{A}.(s + pu) + \sin. \text{A}.(s + (p - 1)u)}{2 - 2 \cos. \text{A}. u}$$

$$= \sin. \text{A}. s + \sin. \text{A}.(s + u) + \sin. \text{A}.(s + 2u) + \cdots + \sin. \text{A}.(s + (p - 1)u).$$

Q. E. I.

COROLLARIUM 1

6. Quoniam est $\sin. \text{A}.(s - u) = \sin. \text{A}. s \cdot \cos. \text{A}. u - \cos. \text{A}. s \cdot \sin. \text{A}. u$,   erit

ob

$$\frac{\sin. \text{A}. s - \sin. \text{A}.(s - u)}{2 - 2 \cos. \text{A}. u} = \frac{\sin. \text{A}. s}{2} + \frac{\cos. \text{A}. s \cdot \sin. \text{A}. u}{2(1 - \cos. \text{A}. u)} = \frac{\sin. \text{A}. s}{2} + \frac{\cos. \text{A}. s}{2 \tan. \text{A}. \frac{1}{2} u}$$

$$\frac{\sin. \text{A}. u}{1 - \cos. \text{A}. u} = \frac{1}{\tan. \text{A}. \frac{1}{2} u};$$

simili modo est

$$\sin. \text{A}.(s + (p - 1)u) = \sin. \text{A}.(s + pu) \cdot \cos. \text{A}. u - \cos. \text{A}.(s + pu) \cdot \sin. \text{A}. u$$

hincque

$$\frac{- \sin. \text{A}.(s + pu) + \sin. \text{A}.(s + (p - 1)u)}{2(1 - \cos. \text{A}. u)} = \frac{- \sin. \text{A}.(s + pu)}{2} - \frac{\cos. \text{A}.(s + pu)}{2 \tan. \text{A}. \frac{1}{2} u};$$

unde erit seriei propositae summa

$$= \frac{\sin. \text{A}. s - \sin. \text{A}.(s + pu)}{2} + \frac{\cos. \text{A}. s - \cos. \text{A}.(s + pu)}{2 \tan. \text{A}. \frac{1}{2} u}.$$

COROLLARIUM 2

7. Quia porro est $\tan. \text{A}. \frac{1}{2} u = \frac{\sin. \text{A}. \frac{1}{2} u}{\cos. \text{A}. \frac{1}{2} u}$,   erit seriei propositae summa

$$= \frac{\cos. \text{A}.(s - \frac{1}{2} u) - \cos. \text{A}.(s + pu - \frac{1}{2} u)}{2 \sin. \text{A}. \frac{1}{2} u}.$$

In serie igitur arcuum a primo s subtrahatur dimidia differentia $\frac{1}{2} u$ eademque ad ultimum arcum addatur arcuumque resultantium cosinus huius subtrahatur a cosinu illius ac differentia per duplum sinum dimidiae differentiae divisa dabit summam omnium sinuum arcuum illorum arithmeticam progressionem constituentium.

COROLLARIUM 3

8. Si semicirculus, cuius radius $=1$, dividatur in partes quotcunque aequales numero n, erit posita semicircumferentia $=\pi$ differentia $=\frac{\pi}{n}$. Quodsi iam ex singulis divisionis punctis sinus ad diametrum ducantur, erit ob $s=\frac{\pi}{n}$, $u=\frac{\pi}{n}$ et $s+(p-1)u=\pi$ summa omnium horum sinuum

$$= \frac{\cos. A.\frac{\pi}{2n} - \cos. A.\left(\pi+\frac{\pi}{2n}\right)}{2 \sin. A.\frac{\pi}{2n}} = \cot. A.\frac{\pi}{2n}.$$

COROLLARIUM 4

9. Quodsi igitur semicirculus ADG (Fig. 1) in partes quotcunque aequales AB, BC, CD etc. dividatur atque ex singulis divisionum punctis B, C, D, E etc. ad diametrum AG demittantur normales Bb, Cc, Dd, Ee et Ff, summa harum rectarum iunctim sumtarum aequabitur cotangenti semissis unius partis, seu bisecta prima parte AB in M ductaque huius semissis AM tangente AT erit AT ad radium uti radius ad summam omnium sinuum $Bb + Cc + Dd + Ee + Ff$, quod est Theorema VIETAE.[1]

Fig. 1.   Fig. 2.

COROLLARIUM 5

10. Simili modo si arcus circuli quicunque BG (Fig. 2) secetur in partes quotcunque aequales BC, CD, DE etc. atque ex singulis istis punctis ad diametrum quampiam pro lubitu ductam AOS demittantur perpendicula Bb, Cc, Dd, $\cdots Gg$, haec perpendicula erunt sinus arcuum AB, AC, AD, $\cdots AG$

---

1) F. VIETA (1540—1603), *Ad angulares sectiones theoremata* καθολικώτερα *demonstrata per A. ANDERSONUM. Opera mathem. ed. F. à. SCHOOTEN.* Lugduni Batavorum 1646, p. 287, imprimis p. 300. De hoc loco interrogatus Celeb. ENESTROEM editoribus benigne scripsit: Ob der auf ARCHIMEDES zurückgehende Satz wirklich von VIETA und nicht von ANDERSON aufgestellt wurde, ist unbekannt.   A. G.

in arithmetica progressione progredientium existente $AB = s$, $BC = u$ et $AG = s + (p-1)u$. Quare si utrinque ad arcum divisum BG addantur partes $BM = GN = \frac{1}{2}BC$ hincque demittantur perpendicula Mm et Nn, erit

$$Om = \cos. \text{A.} \left(s - \frac{1}{2}u\right) \quad \text{et} \quad On = -\cos. \text{A.} \left(s + \left(p - \frac{1}{2}\right)u\right).$$

Chorda autem BC erit $= 2\sin. \text{A.} \frac{1}{2}u$. Ex his ergo reperitur omnium sinuum $Bb + Cc + Dd + Ee + Ff + Gg$ summa

$$= \frac{Om + On}{BC} = \frac{mn}{BC}$$

posito radio $OA = 1$. Hinc si super basi mn construatur triangulum isosceles simile triangulo BOC chordam BC pro basi et centrum O pro vertice habenti, tum unum crus istius trianguli aequale erit summae sinuum

$$Bb + Cc + Dd + Ee + Ff + Gg.$$

PROBLEMA 2

11. *Diviso semicirculo in partes quotcunque aequales AB, BC, CD etc. (Fig. 3) demissisque sinibus Bb, Cc, Dd, Ee etc. compleantur parallelogramma rectangula $b\alpha$, $c\beta$, $d\gamma$, $e\delta$, $f\varepsilon$, $g\zeta$, $h\eta$, $i\vartheta$, $K\iota$, quorum omnium iunctim sumtorum determinari summam oporteat.*

Fig. 3.

SOLUTIO

Posito radio $AO = 1$ et semicircumferentia $= \pi$ sit ea divisa in partes aequales numero n; erit unaquaeque partium $AB = BC = CD = $ etc. $= \frac{\pi}{n}$ hincque

$$Bb = \sin. \text{A.} \frac{\pi}{n}, \quad Cc = \sin. \text{A.} \frac{2\pi}{n}, \quad Dd = \sin. \text{A.} \frac{3\pi}{n} \quad \text{etc.}$$

usque ad ultimum divisionis punctum K, pro quo sinus erit $= \sin.\,A.\,\frac{n\pi}{n} = 0$. Iam parallelogrammorum bases erunt, ut sequitur:

$$Ab = 1 - \cos.\,A.\,\frac{\pi}{n}, \qquad bc = \cos.\,A.\,\frac{\pi}{n} - \cos.\,A.\,\frac{2\pi}{n},$$

$$cd = \cos.\,A.\,\frac{2\pi}{n} - \cos.\,A.\,\frac{3\pi}{n}, \quad de = \cos.\,A.\,\frac{3\pi}{n} - \cos.\,A.\,\frac{4\pi}{n}$$

et ultima basis

$$iK = \cos.\,A.\,\frac{(n-1)\pi}{n} - \cos.\,A.\,\frac{n\pi}{n},$$

cui respondet altitudo $= 0$. Cum porro sit generaliter

$$\sin.\,A.\,\varphi \cdot \cos.\,A.\,\psi = \frac{\sin.\,A.\,(\varphi+\psi) + \sin.\,A.\,(\varphi-\psi)}{2},$$

areae parallelogrammorum nostrorum ita se habebunt:

$$b\alpha = \sin.\,A.\,\frac{\pi}{n}\left(1 - \cos.\,A.\,\frac{\pi}{n}\right) \qquad = \frac{1}{2}\sin.\,A.\,\frac{\pi}{n} + \frac{1}{2}\sin.\,A.\,\frac{\pi}{n} - \frac{1}{2}\sin.\,A.\,\frac{2\pi}{n},$$

$$c\beta = \sin.\,A.\,\frac{2\pi}{n}\left(\cos.\,A.\,\frac{\pi}{n} - \cos.\,A.\,\frac{2\pi}{n}\right) = \frac{1}{2}\sin.\,A.\,\frac{\pi}{n} + \frac{1}{2}\sin.\,A.\,\frac{3\pi}{n} - \frac{1}{2}\sin.\,A.\,\frac{4\pi}{n},$$

$$d\gamma = \sin.\,A.\,\frac{3\pi}{n}\left(\cos.\,A.\,\frac{2\pi}{n} - \cos.\,A.\,\frac{3\pi}{n}\right) = \frac{1}{2}\sin.\,A.\,\frac{\pi}{n} + \frac{1}{2}\sin.\,A.\,\frac{5\pi}{n} - \frac{1}{2}\sin.\,A.\,\frac{6\pi}{n},$$

$$\vdots$$

$$K\iota = \sin.\,A.\,\frac{n\pi}{n}\left(\cos.\,A.\,\frac{(n-1)\pi}{n} - \cos.\,A.\,\frac{n\pi}{n}\right)$$

$$= \frac{1}{2}\sin.\,A.\,\frac{\pi}{n} + \frac{1}{2}\sin.\,A.\,\frac{(2n-1)\pi}{n} - \frac{1}{2}\sin.\,A.\,\frac{2n\pi}{n}.$$

Tres igitur series habemus, quarum summas investigare debemus, ac primae quidem, cuius omnes termini sunt $= \frac{1}{2}\sin.\,A.\,\frac{\pi}{n}$, summa erit $= \frac{n}{2}\sin.\,A.\,\frac{\pi}{n}$. Secunda series duplicata est

$$\sin.\,A.\,\frac{\pi}{n} + \sin.\,A.\,\frac{3\pi}{n} + \sin.\,A.\,\frac{5\pi}{n} + \cdots + \sin.\,A.\,\frac{(2n-1)\pi}{n},$$

quae ad propositionem praecedentem accommodata dat

$$s = \frac{\pi}{n}, \quad u = \frac{2\pi}{n}, \quad s + (p-1)u = \frac{\pi}{n} + \frac{2(p-1)\pi}{n} = \frac{(2n-1)\pi}{n}.$$

Eius ergo summa erit

$$= \frac{\cos. A. \left(\frac{\pi}{n} - \frac{\pi}{n}\right) - \cos. A. \frac{2n\pi}{n}}{2 \sin. A. \frac{\pi}{n}} = 0.$$

Tertia series bis sumta est

$$\sin. A. \frac{2\pi}{n} + \sin. A. \frac{4\pi}{n} + \sin. A. \frac{6\pi}{n} + \cdots + \sin. A. \frac{2n\pi}{n},$$

quae ergo dat $s = \frac{2\pi}{n}$, $u = \frac{2\pi}{n}$, ex quo ipsius summa erit

$$= \frac{\cos. A. \frac{\pi}{n} - \cos. A. \frac{(2n+1)\pi}{n}}{2 \sin. A. \frac{\pi}{n}} = \frac{\cos. A. \frac{\pi}{n} - \cos. A. \frac{\pi}{n}}{2 \sin. A. \frac{\pi}{n}} = 0.$$

Cum igitur secundae et tertiae seriei summae evanescant, erit summa omnium rectangulorum quaesita

$$b\alpha + c\beta + d\gamma + e\delta + \cdots + K\iota = \frac{n}{2} \sin. A. \frac{\pi}{n}.$$

Q. E. I.

COROLLARIUM

12. Si ergo diametro AK ducatur parallela mo, quae tangentem $A\alpha$ bisecet in m, et ex centro O erigatur perpendicularis Oo, erit

$$Oo = Am = \frac{1}{2} Bb = \frac{1}{2} \sin. A. \frac{\pi}{n}$$

hincque area rectanguli $OomA$ ob radium $AO = 1$ erit $= \frac{1}{2} \sin. A. \frac{\pi}{n}$; hoc igitur rectangulum toties sumtum, quot sunt divisionis puncta seu quot numerus n continet unitates, dabit summam omnium rectangulorum

$$b\alpha + c\beta + d\gamma + \text{etc.}$$

6*

PROBLEMA 3

13. *Si arcus circuli quicunque BH* (Fig. 4) *dividatur in partes quotcunque aequales BC, CD, DE etc. atque ex singulis divisionis punctis ad diametrum pro lubitu ductam demittantur perpendicula Bb, Cc, Dd etc. ac praeterea ex his parallelogramma compleantur cβ, dγ, eδ, fε, gζ, hη, invenire aream omnium horum parallelogrammorum iunctim sumtorum.*

Fig. 4.

SOLUTIO

Sit arcus divisus $BH = q$, numerus divisionum $= n$, ita ut quaelibet pars $BC = CD = DE$ etc. futura sit $= \frac{q}{n}$. Sit praeterea arcus $AB = a$; erit

$$Bb = \sin. A. \, a, \quad Cc = \sin. A. \left(a + \frac{q}{n}\right), \quad Dd = \sin. A. \left(a + \frac{2q}{n}\right) \text{ etc.,}$$

ultima vero

$$Hh = \sin. A. \left(a + \frac{nq}{n}\right) = \sin. A. \, (a + q).$$

Ex his rectangula proposita ita se habebunt:

$$c\beta = \sin. A. \left(a + \frac{q}{n}\right)\left(\cos. A. \, a - \cos. A. \left(a + \frac{q}{n}\right)\right)$$

$$= \frac{1}{2}\sin. A. \frac{q}{n} + \frac{1}{2}\sin. A. \left(2a + \frac{q}{n}\right) - \frac{1}{2}\sin. A. \left(2a + \frac{2q}{n}\right),$$

$$d\gamma = \sin. A. \left(a + \frac{2q}{n}\right)\left(\cos. A. \left(a + \frac{q}{n}\right) - \cos. A. \left(a + \frac{2q}{n}\right)\right)$$

$$= \frac{1}{2}\sin. A. \frac{q}{n} + \frac{1}{2}\sin. A. \left(2a + \frac{3q}{n}\right) - \frac{1}{2}\sin. A. \left(2a + \frac{4q}{n}\right),$$

$$e\delta = \text{sin. A.}\left(a+\tfrac{3q}{n}\right)\left(\text{cos. A.}\left(a+\tfrac{2q}{n}\right)-\text{cos. A.}\left(a+\tfrac{3q}{n}\right)\right)$$

$$= \tfrac{1}{2}\text{sin. A.}\tfrac{q}{n}+\tfrac{1}{2}\text{sin. A.}\left(2a+\tfrac{5q}{n}\right)-\tfrac{1}{2}\text{sin. A.}\left(2a+\tfrac{6q}{n}\right),$$

$$\vdots$$

$$h\eta = \text{sin. A.}\left(a+q\right)\left(\text{cos. A.}\left(a+\tfrac{(n-1)q}{n}\right)-\text{cos. A.}\left(a+q\right)\right)$$

$$= \tfrac{1}{2}\text{sin. A.}\tfrac{q}{n}+\tfrac{1}{2}\text{sin. A.}\left(2a+\tfrac{(2n-1)q}{n}\right)-\tfrac{1}{2}\text{sin. A.}\left(2a+2q\right).$$

Iterum igitur tres series summari oportet, quarum primae summam patet esse $=\tfrac{n}{2}\text{sin. A.}\tfrac{q}{n}$. Secundae ad hanc addendae summa per Propositionem 1 est

$$= \frac{\text{cos. A.}\,2a-\text{cos. A.}\left(2a+2q\right)}{4\,\text{sin. A.}\tfrac{q}{n}};$$

tertiae subtrahendae summa est

$$= \frac{\text{cos. A.}\left(2a+\tfrac{q}{n}\right)-\text{cos. A.}\left(2a+2q+\tfrac{q}{n}\right)}{4\,\text{sin. A.}\tfrac{q}{n}}.$$

Omnium ergo rectangulorum propositorum summa erit

$$= \tfrac{n}{2}\text{sin. A.}\tfrac{q}{n}+\frac{\text{cos. A.}\,2a-\text{cos. A.}\left(2a+\tfrac{q}{n}\right)-\text{cos. A.}\left(2a+2q\right)+\text{cos. A.}\left(2a+2q+\tfrac{q}{n}\right)}{4\,\text{sin. A.}\tfrac{q}{n}}$$

$$= \tfrac{n}{2}\text{sin. A.}\tfrac{q}{n}+\frac{\text{sin. A.}\tfrac{q}{2n}\left(\text{sin. A.}\left(2a+\tfrac{q}{2n}\right)-\text{sin. A.}\left(2a+2q+\tfrac{q}{2n}\right)\right)}{2\,\text{sin. A.}\tfrac{q}{n}}$$

$$= \tfrac{n}{2}\text{sin. A.}\tfrac{q}{n}+\frac{\text{sin. A.}\,q\left(\text{sin. A.}\left(2a+q\right)-\text{sin. A.}\left(2a+q+\tfrac{q}{n}\right)\right)}{2\,\text{sin. A.}\tfrac{q}{n}},$$

quae reductiones eo nituntur fundamento, quo differentia cosinuum duorum angulorum aequalis est duplo producto ex sinu semisummae in sinum semi-differentiae eorundem angulorum.   Q. E. I.

COROLLARIUM 1

14. Si diameter AS ab utroque arcus divisi BH termino aequaliter distet, ut sit $AB = SH = a$, erit $2a + q =$ semicircumferentiae π hincque

$$\sin. A. (2a + q) = 0 \quad \text{et} \quad \sin. A. \left(2a + q + \frac{q}{n}\right) = - \sin. A. \frac{q}{n}.$$

Hoc ergo casu summa omnium rectangulorum erit

$$= \frac{n}{2} \sin. A. \frac{q}{n} + \frac{1}{2} \sin. A. q.$$

COROLLARIUM 2

15. Quoniam est $\sin. A. \frac{q}{n} = 2 \sin. A. \frac{q}{2n} \cdot \cos. A. \frac{q}{2n}$, erit ex secunda expressione summa omnium rectangulorum

$$= \frac{n}{2} \sin. A. \frac{q}{n} + \frac{\sin. A. \left(2a + \frac{q}{2n}\right) - \sin. A. \left(2a + 2q + \frac{q}{2n}\right)}{4 \cos. A. \frac{q}{2n}}.$$

COROLLARIUM 3

16. Si ponatur alterum arcus divisi complementum $SH = b$, erit

$$a + b + q = \pi \quad \text{et} \quad a = \pi - b - q,$$

qui valor in postremo sinu substitutus dabit summam rectangulorum quaesitam

$$= \frac{n}{2} \sin. A. \frac{q}{n} + \frac{\sin. A. \left(2a + \frac{q}{2n}\right) + \sin. A. \left(2b - \frac{q}{2n}\right)}{4 \cos. A. \frac{q}{2n}}.$$

COROLLARIUM 4

17. Haec expressio summae quaesitae reduci potest ad hanc formam

$$\frac{n}{2} \sin. A. \frac{q}{n} + \frac{1}{4} \sin. A. 2a + \frac{1}{4} \sin. A. 2b + \frac{1}{4} \tang. A. \frac{q}{2n} (\cos. A. 2a - \cos. A. 2b).$$

Haecque ultimo transmutatur in hanc

$$\frac{n}{2}\sin.\,A.\frac{q}{n}+\frac{1}{2}\sin.\,A.\,(a+b)\cdot\cos.\,A.\,(a-b)-\frac{1}{2}\sin.\,A.(a+b)\cdot\sin.\,A.(a-b)\cdot\tan g.\,A.\frac{q}{2\,n}$$

$$=\frac{n}{2}\sin.\,A.\frac{q}{n}+\frac{\sin.\,A.\,(a+b)\cdot\cos.\,A.\left(a-b+\frac{q}{2\,n}\right)}{2\cos.\,A.\frac{q}{2\,n}}$$

$$=\frac{n}{2}\sin.\,A.\frac{q}{n}+\frac{\sin.\,A.\,q\cdot\cos.\,A.\left(a-b+\frac{q}{2\,n}\right)}{2\cos.\,A.\frac{q}{2\,n}}.$$

PROBLEMA 4

18. *Invenire summam huius seriei cosinuum*

$$\cos.\,A.\,s+\cos.\,A.\,(s+u)+\cdots+\cos.\,A.\,(s+(p-1)u),$$

quorum anguli s, $s+u$, $s+2u$, $\cdots$ $s+(p-1)u$ *progressionem arithmeticam constituunt.*

SOLUTIO

Seriei huius cosinuum pariter ac sinuum summa ope Lemmatis 1 inveniri potest, cum cosinus angulorum in arithmetica progressione progredientium constituant seriem recurrentem, cuius indices sunt $2\cos.\,A.\,u$, -1; erit ergo

$$A=\cos.\,A.\,s,\quad \varDelta=\cos.\,A.\,(s-u),\quad P=\cos.\,A.\,(s+(p-1)u),\quad Q=\cos.\,A.\,(s+pu)$$

et

$$m=2\cos.\,A.\,u,\quad n=-1,$$

ex quibus seriei propositae summa erit

$$=\frac{\cos.\,A.\,s-\cos.\,A.\,(s-u)-\cos.\,A.\,(s+pu)+\cos.\,A.\,(s+(p-1)u)}{2-2\cos.\,A.\,u}.$$

Cum autem sit

$$\cos.\,A.\,(s-u)=\cos.\,A.\,s\cdot\cos.\,A.\,u+\sin.\,A.\,s\cdot\sin.\,A.\,u$$

atque

$$\cos.\,A.\,(s+pu-u)=\cos.\,A.\,(s+pu)\cdot\cos.\,A.\,u+\sin.\,A.\,(s+pu)\cdot\sin.\,A.\,u,$$

erit summa

$$= \frac{1}{2}\cos.\,\mathrm{A}.\,s - \frac{\sin.\,\mathrm{A}.\,s}{2\tan g.\,\mathrm{A}.\,\frac{1}{2}u} - \frac{1}{2}\cos.\,\mathrm{A}.\,(s+pu) + \frac{\sin.\,\mathrm{A}.\,(s+pu)}{2\tan g.\,\mathrm{A}.\,\frac{1}{2}u}$$

$$= \frac{-\sin.\,\mathrm{A}.\,(s-\frac{1}{2}u) + \sin.\,\mathrm{A}.\,(s+(p-\frac{1}{2})u)}{2\sin.\,\mathrm{A}.\,\frac{1}{2}u}.$$

Q. E. I.

SCHOLION

19. Eadem cosinuum summa ex inventa sinuum summa per differentiationem facile inveniri potest. Cum enim sit [§ 7]

$$\sin.\,\mathrm{A}.\,s + \sin.\,\mathrm{A}.\,(s+u) + \sin.\,\mathrm{A}.\,(s+2u) + \cdots + \sin.\,\mathrm{A}.\,(s+(p-1)u)$$

$$= \frac{\cos.\,\mathrm{A}.\,(s-\frac{1}{2}u) - \cos.\,\mathrm{A}.\,(s+(p-\frac{1}{2})u)}{2\sin.\,\mathrm{A}.\,\frac{1}{2}u},$$

differentietur haec aequatio posito s variabili et u constante ac facta divisione utrinque per ds fiet

$$\cos.\,\mathrm{A}.\,s + \cos.\,\mathrm{A}.\,(s+u) + \cos.\,\mathrm{A}.\,(s+2u) + \cdots + \cos.\,\mathrm{A}.\,(s+(p-1)u)$$

$$= \frac{-\sin.\,\mathrm{A}.\,(s-\frac{1}{2}u) + \sin.\,\mathrm{A}.\,(s+(p-\frac{1}{2})u)}{2\sin.\,\mathrm{A}.\,\frac{1}{2}u}.$$

COROLLARIUM 1

20. Proposita ergo serie cosinuum, quorum anguli in progressione arithmetica progrediuntur, a primo angulo subtrahatur semidifferentia progressionis haecque eadem semidifferentia ad angulum ultimum addatur. Tum sinus illius anguli subtrahatur a sinu huius et differentia per duplum sinum semidifferentiae divisa dabit summam omnium cosinuum.

COROLLARIUM 2

21. Si angulus primus s evanescat et ultimus $s+(p-1)u$ fiat rectus, erit

$$-\sin.\,\mathrm{A}.\left(s-\frac{1}{2}u\right) = \sin.\,\mathrm{A}.\,\frac{1}{2}u \quad \text{et} \quad \sin.\,\mathrm{A}.\left(s+\left(p-\frac{1}{2}\right)u\right) = \cos.\,\mathrm{A}.\,\frac{1}{2}u,$$

ex quo huius seriei cosinuum summa erit

$$= \frac{1}{2} + \frac{1}{2}\cot.\,\mathrm{A}.\,\frac{1}{2}u.$$

PROBLEMA 5

22. *Invenire summam huius seriei sinuum*

$$\alpha \sin. A. s + (\alpha + \beta) \sin. A. (s + u) + (\alpha + 2\beta) \sin. A. (s + 2u)$$

$$+ (\alpha + 3\beta) \sin. A. (s + 3u) + \cdots + (\alpha + (p-1)\beta) \sin. A. (s + (p-1)u),$$

quorum coefficientes progressionem arithmeticam constituunt, anguli autem ipsi pariter in arithmetica progressione progrediuntur.

SOLUTIO

Quoniam sinus angulorum arithmeticam progressionem constituentium seriem recurrentem praebent, casus hic ad Lemma 2 pertinet eritque $m = 2 \cos. A. u$ et $n = -1$. Porro erit

$$A = \sin. A. s, \quad \mathit{\Delta} = \sin. A. (s - u), \quad P = \sin. A. (s + (p-1)u) \quad \text{et} \quad Q = \sin. A. (s + pu).$$

Ex his reperietur seriei propositae summa

$$= \frac{\alpha (\sin. A. s - \sin. A. (s - u))}{2 - 2 \cos. A. u} - \frac{(\alpha + p\beta)(\sin. A. (s + pu) - \sin. A. (s + (p-1)u))}{2 - 2 \cos. A. u}$$

$$+ \frac{2\beta (\cos. A. u - 1)(\sin. A. s - \sin. A. (s + pu))}{4 (1 - \cos. A. u)^2}$$

$$= \frac{\alpha}{2} \sin. A. s + \frac{\alpha \cos. A. s}{2 \tang. A. \frac{1}{2} u} - \frac{\alpha + p\beta}{2} \sin. A. (s + pu) \qquad)$$

$$- \frac{(\alpha + p\beta) \cos. A. (s + pu)}{2 \tang. A. \frac{1}{2} u} - \frac{\beta \sin. A. s - \beta \sin. A. (s + pu)}{2 (1 - \cos. A. u)}.$$

Quae summa reducitur ad hanc formam

$$= \frac{\alpha \cos. A. (s - \frac{1}{2} u) - (\alpha + p\beta) \cos. A. (s + (p - \frac{1}{2})u)}{2 \sin. A. \frac{1}{2} u} - \frac{\beta \sin. A. s - \beta \sin. A. (s + pu)}{2 (1 - \cos. A. u)}.$$

Q. E. I.

COROLLARIUM 1

23. Quoniam est $1 - \cos. A. u = 2 \left(\sin. A. \frac{1}{2} u \right)^2$, erit quoque seriei sinuum propositorum summa

$$= \frac{\alpha \cos. A. (s - \frac{1}{2} u) - (\alpha + p\beta) \cos. A. (s + (p - \frac{1}{2})u)}{2 \sin. A. \frac{1}{2} u} - \frac{\beta \sin. A. s - \beta \sin. A. (s + pu)}{4 (\sin. A. \frac{1}{2} u)^2}.$$

COROLLARIUM 2

24. Si ergo sit $\alpha = 1$ et $\beta = 1$, erit huius seriei

$$\sin. A. s + 2 \sin. A. (s + u) + 3 \sin. A. (s + 2u) + \cdots + p \sin. A. (s + (p-1)u)$$

summa

$$= \frac{\cos. A. (s - \tfrac{1}{2}u) - (p+1) \cos. A. (s + (p - \tfrac{1}{2})u)}{2 \sin. A. \tfrac{1}{2}u} - \frac{\sin. A. s - \sin. A. (s + pu)}{4 (\sin. A. \tfrac{1}{2}u)^2}.$$

SCHOLION

25. Haec eadem summa sine subsidio lemmatis ex summa cosinuum simplicium ante inventa ope differentiationis erui potest. Cum enim sit [§ 18]

$$\cos. A. s + \cos. A. (s + u) + \cos. A. (s + 2u) + \cdots + \cos. A. (s + (p-1)u)$$

$$= \frac{- \sin. A. (s - \tfrac{1}{2}u) + \sin. A. (s + (p - \tfrac{1}{2})u)}{2 \sin. A. \tfrac{1}{2}u},$$

ponatur $s = a + \alpha x$ et $u = \beta x$; erit

$$\cos. A. (a + \alpha x) + \cos. A. (a + (\alpha + \beta)x) + \cos. A. (a + (\alpha + 2\beta)x) + \cdots$$

$$+ \cos. A. (a + (\alpha + (p-1)\beta)x) = \frac{- \sin. A. (a + (\alpha - \tfrac{1}{2}\beta)x) + \sin. A. (a + (\alpha + p\beta - \tfrac{1}{2}\beta)x)}{2 \sin. A. \tfrac{1}{2}\beta x}.$$

Iam differentietur haec aequatio posito x variabili et divisione per $- dx$ facta habebitur

$$\alpha \sin. A. s + (\alpha + \beta) \sin. A. (s + u) + \cdots + (\alpha + (p-1)\beta) \sin. A. (s + (p-1)u)$$

$$= \frac{(\alpha - \tfrac{1}{2}\beta) \cos. A. (s - \tfrac{1}{2}u) - (\alpha + (p - \tfrac{1}{2})\beta) \cos. A. (s + (p - \tfrac{1}{2})u)}{2 \sin. A. \tfrac{1}{2}u}$$

$$- \frac{\tfrac{1}{2}\beta \cos. A. \tfrac{1}{2}u \cdot \sin. A. (s - \tfrac{1}{2}u) - \tfrac{1}{2}\beta \cos. A. \tfrac{1}{2}u \cdot \sin. A. (s + (p - \tfrac{1}{2})u)}{2 (\sin. A. \tfrac{1}{2}u)^2},$$

quae expressio facile ad formam primum inventam reducitur.

COROLLARIUM 3

26. Ex inventa summa seriei sinuum propositae per differentiationem posito u constante et s variabili orietur summa similis seriei cosinuum

$$\alpha\cos.\mathrm{A}.\,s + (\alpha + \beta)\cos.\mathrm{A}.\,(s + u) + (\alpha + 2\beta)\cos.\mathrm{A}.\,(s + 2u) + \cdots$$
$$+ (\alpha + (p-1)\beta)\cos.\mathrm{A}.\,(s + (p-1)u)$$
$$= \frac{-\alpha\sin.\mathrm{A}.\,(s - \frac{1}{2}u)}{2\sin.\mathrm{A}.\,\frac{1}{2}u} + \frac{(\alpha + p\beta)\sin.\mathrm{A}.\,(s + (p - \frac{1}{2})u)}{2\sin.\mathrm{A}.\,\frac{1}{2}u} - \frac{\beta\cos.\mathrm{A}.\,s - \beta\cos.\mathrm{A}.\,(s + pu)}{4\,(\sin.\mathrm{A}.\,\frac{1}{2}u)^2}.$$

LEMMA 3[1])

27. *Huius formulae differentialis* $\frac{x^{m-1}dx}{1 + x^{2n}}$, *in qua* m *est numerus minor quam* $2n$, *integrale est*

$$\mp \frac{1}{2n}\cos.\mathrm{A}.\,\frac{m\pi}{2n}\,l\Big(1 + 2x\cos.\mathrm{A}.\,\frac{\pi}{2n} + xx\Big) \mp \frac{1}{n}\sin.\mathrm{A}.\,\frac{m\pi}{2n}\,\mathrm{A.tang.}\frac{x\sin.\mathrm{A}.\,\frac{\pi}{2n}}{1 + x\cos.\mathrm{A}.\,\frac{\pi}{2n}}$$

$$\mp \frac{1}{2n}\cos.\mathrm{A}.\,\frac{3m\pi}{2n}\,l\Big(1 + 2x\cos.\mathrm{A}.\,\frac{3\pi}{2n} + xx\Big) \mp \frac{1}{n}\sin.\mathrm{A}.\,\frac{3m\pi}{2n}\,\mathrm{A.tang.}\frac{x\sin.\mathrm{A}.\,\frac{3\pi}{2n}}{1 + x\cos.\mathrm{A}.\,\frac{3\pi}{2n}}$$

$$\mp \frac{1}{2n}\cos.\mathrm{A}.\,\frac{5m\pi}{2n}\,l\Big(1 + 2x\cos.\mathrm{A}.\,\frac{5\pi}{2n} + xx\Big) \mp \frac{1}{n}\sin.\mathrm{A}.\,\frac{5m\pi}{2n}\,\mathrm{A.tang.}\frac{x\sin.\mathrm{A}.\,\frac{5\pi}{2n}}{1 + x\cos.\mathrm{A}.\,\frac{5\pi}{2n}}$$

$$\vdots$$

$$\mp \frac{1}{2n}\cos.\mathrm{A}.\,\frac{(2n-1)m\pi}{2n}\,l\Big(1 + 2x\cos.\mathrm{A}.\,\frac{(2n-1)\pi}{2n} + xx\Big)$$

$$\mp \frac{1}{n}\sin.\mathrm{A}.\,\frac{(2n-1)m\pi}{2n}\,\mathrm{A.tang.}\frac{x\sin.\mathrm{A}.\,\frac{(2n-1)\pi}{2n}}{1 + x\cos.\mathrm{A}.\,\frac{(2n-1)\pi}{2n}},$$

ubi signa superiora valent, si m *fuerit numerus par, inferiora autem, si* m *sit numerus impar. Atque integrale hoc ita est acceptum, ut evanescat posito* $x = 0$.

COROLLARIUM 1

28. Huius ergo formulae differentialis $\frac{x^{2n-m-1}dx}{1 + x^{2n}}$ integrale erit

---

1) Demonstratio huius lemmatis reperitur in Commentatione 162 (indicis ENESTROEMIANI); vide p. 70, imprimis p. 113.   A. G.

$$\pm \frac{1}{2n}\cos.\mathrm{A}.\frac{m\pi}{2n}l\Big(1+2x\cos.\mathrm{A}.\frac{\pi}{2n}+xx\Big)\mp \frac{1}{n}\sin.\mathrm{A}.\frac{m\pi}{2n}\mathrm{A}.\tan g.\frac{x\sin.\mathrm{A}.\frac{\pi}{2n}}{1+x\cos.\mathrm{A}.\frac{\pi}{2n}}$$

$$\pm \frac{1}{2n}\cos.\mathrm{A}.\frac{3m\pi}{2n}l\Big(1+2x\cos.\mathrm{A}.\frac{3\pi}{2n}+xx\Big)\mp \frac{1}{n}\sin.\mathrm{A}.\frac{3m\pi}{2n}\mathrm{A}.\tan g.\frac{x\sin.\mathrm{A}.\frac{3\pi}{2n}}{1+x\cos.\mathrm{A}.\frac{3\pi}{2n}}$$

$$\vdots$$

$$\pm \frac{1}{2n}\cos.\mathrm{A}.\frac{(2n-1)m\pi}{2n}l\Big(1+2x\cos.\mathrm{A}.\frac{(2n-1)\pi}{2n}+xx\Big)$$

$$\mp \frac{1}{n}\sin.\mathrm{A}.\frac{(2n-1)m\pi}{2n}\mathrm{A}.\tan g.\frac{x\sin.\mathrm{A}.\frac{(2n-1)\pi}{2n}}{1+x\cos.\mathrm{A}.\frac{(2n-1)\pi}{2n}},$$

ubi iterum signa superiora valent, si m sit numerus par, inferiora vero, si m sit numerus impar.

COROLLARIUM 2

29. Si ergo hae formulae differentiales addantur, in earum integrali quantitates logarithmicae se destruunt, arcus circulares autem duplicabuntur eritque ideo

$$\int \frac{x^{m-1}+x^{2n-m-1}}{1+x^{2n}}dx = \mp \frac{2}{n}\sin.\mathrm{A}.\frac{m\pi}{2n}\mathrm{A}.\tan g.\frac{x\sin.\mathrm{A}.\frac{\pi}{2n}}{1+x\cos.\mathrm{A}.\frac{\pi}{2n}}$$

$$\mp \frac{2}{n}\sin.\mathrm{A}.\frac{3m\pi}{2n}\mathrm{A}.\tan g.\frac{x\sin.\mathrm{A}.\frac{3\pi}{2n}}{1+x\cos.\mathrm{A}.\frac{3\pi}{2n}}$$

$$\mp \frac{2}{n}\sin.\mathrm{A}.\frac{5m\pi}{2n}\mathrm{A}.\tan g.\frac{x\sin.\mathrm{A}.\frac{5\pi}{2n}}{1+x\cos.\mathrm{A}.\frac{5\pi}{2n}}$$

$$\vdots$$

$$\mp \frac{2}{n}\sin.\mathrm{A}.\frac{(2n-1)m\pi}{2n}\mathrm{A}.\tan g.\frac{x\sin.\mathrm{A}.\frac{(2n-1)\pi}{2n}}{1+x\cos.\mathrm{A}.\frac{(2n-1)\pi}{2n}},$$

ubi signa superiora valent, si m fuerit numerus par, inferiora autem, si m sit impar; denotatque perpetuo π arcum 180^0 in circulo, cuius radius $=1$.

PROBLEMA 6

30. *Invenire integrale formulae differentialis $\frac{x^{m-1}\,dx}{1+x^{2n}}$ casu, quo post integra-*
tionem ponitur $x = \infty$.

SOLUTIO

Si in partibus integralis ante [§ 27] exhibiti logarithmicis ponatur $x = \infty$,
exabibunt in

$$\mp \frac{lx}{n}\left(\cos.\text{A.}\,\frac{m\pi}{2n} + \cos.\text{A.}\,\frac{3m\pi}{2n} + \cos.\text{A.}\,\frac{5m\pi}{2n} + \cdots + \cos.\text{A.}\,\frac{(2n-1)m\pi}{2n}\right);$$

quorum arcuum cum differentia constans sit $= \frac{2m\pi}{2n}$, erit horum cosinuum
summa

$$= \frac{-\sin.\text{A.}\,0\pi + \sin.\text{A.}\,\frac{2nm\pi}{2n}}{2\sin.\text{A.}\,\frac{m\pi}{2n}} = 0;$$

etsi ergo x est infinitum, tamen eius logarithmus lx est ex minimo infinito-
rum ordine hincque fit $0lx = 0$. Casu ergo $x = \infty$ in integrali omnia mem-
bra a logarithmis pendentia se destruunt ac remanebunt tantum altera
membra a quadratura circuli pendentia. Cum vero ob x infinitum fiat

$$\text{A. tang.}\,\frac{x\sin.\text{A.}\,\frac{k\pi}{2n}}{1+x\cos.\text{A.}\,\frac{k\pi}{2n}} = \text{A. tang.}\,\frac{\sin.\text{A.}\,\frac{k\pi}{2n}}{\cos.\text{A.}\,\frac{k\pi}{2n}} = \frac{k\pi}{2n},$$

erit integrale quaesitum casu $x = \infty$

$$= \mp \frac{\pi}{2nn}\left\{ \begin{array}{l} \sin.\text{A.}\,\frac{m\pi}{2n} + 3\sin.\text{A.}\,\frac{3m\pi}{2n} + 5\sin.\text{A.}\,\frac{5m\pi}{2n} + \cdots \\ \qquad + (2n-1)\sin.\text{A.}\,\frac{(2n-1)m\pi}{2n} \end{array} \right\}.$$

Quae series sinuum per Problema 5 in unam summam colligi poterit. Erit
autem

$$\alpha = 1, \quad \beta = 2, \quad p = n, \quad \text{deinde} \quad s = \frac{m\pi}{2n}, \quad u = \frac{2m\pi}{2n} \quad \text{et} \quad \frac{1}{2}u = \frac{m\pi}{2n},$$

ex quibus huius seriei sinuum summa colligitur esse

$$= \frac{1 - (2n+1)\cos. A. m\pi}{2 \sin. A. \frac{m\pi}{2n}} - \frac{2 \sin. A. \frac{m\pi}{2n} - 2 \sin. A. \frac{(2n+1)m\pi}{2n}}{4 \left(\sin. A. \frac{m\pi}{2n}\right)^2}$$

$$= \frac{\sin. A. \left(m\pi + \frac{m\pi}{2n}\right)}{2 \left(\sin. A. \frac{m\pi}{2n}\right)^2} - \frac{(2n+1)\cos. A. m\pi}{2 \sin. A. \frac{m\pi}{2n}} = \frac{-n \cos. A. m\pi}{\sin. A. \frac{m\pi}{2n}}.$$

Quodsi iam fuerit m numerus par, erit $\cos. A. m\pi = +1$, sin autem m sit numerus impar, erit $\cos. A. m\pi = -1$. Signis ambiguis igitur summa superior sinuum ita exprimetur, ut sit $= \mp \dfrac{n}{\sin. A. \frac{m\pi}{2n}}$, quae ducta in $\mp \dfrac{\pi}{2nn}$ dabit, sive m sit numerus par sive impar, eandem integralis quaesiti quantitatem $= \dfrac{\pi}{2n \sin. A. \frac{m\pi}{2n}}$, ad hancque expressionem reducitur integrale huius formulae $\dfrac{x^{m-1} dx}{1 + x^{2n}}$, si post integrationem ponatur $x = \infty$. Q. E. I.

COROLLARIUM 1

31. Erit igitur

$$\int \frac{x^{p-1} dx}{1 + x^q} = \frac{\pi}{q \sin. A. \frac{p\pi}{q}}$$

post integrationem posito $x = \infty$, siquidem q fuerit numerus par et exponens p minor exponente q.

SCHOLION

32. Ut autem appareat, quemnam valorem habitura sit formula $\int \frac{x^{p-1} dx}{1 + x^q}$, si q fuerit numerus impar, posito post integrationem $x = \infty$, ponamus $x = yy$ atque formula nostra transibit in hanc $2\int \frac{y^{2p-1} dy}{1 + y^{2q}}$; qui casus cum contineatur in proposito, erit eius valor posito $y = \infty$, quo facto simul x fit infinitum, $= 2\dfrac{\pi}{2q \sin. A. \frac{p\pi}{q}}$; erit ergo quoque

$$\int \frac{x^{p-1} dx}{1 + x^q} = \frac{\pi}{q \sin. A. \frac{p\pi}{q}}$$

posito post integrationem $x = \infty$, si q fuerit numerus impar. Generaliter ergo, quicunque fuerint numeri p et q, dummodo $p - 1$ sit minor quam q, erit semper

$$\int \frac{x^{p-1} dx}{1 + x^q} = \frac{\pi}{q \sin. A. \frac{p\pi}{q}}.$$

Oportet autem esse $p - 1 < q$, quia alias integrale Lemmate 3 datum non esset completum, verum insuper membrum unum plurave algebraica reciperet, ob quae integrale casu $x = \infty$ semper fieret infinitum.

COROLLARIUM 2

33. Si ponamus $x = \dfrac{y}{(1 - y^q)^{\frac{1}{q}}}$, erit $x = 0$, si $y = 0$, et $x = \infty$, si ponatur $y = 1$; tum autem fiet

$$dx = \frac{dy}{(1 - y^q)^{\frac{1+q}{q}}}, \quad 1 + x^q = \frac{1}{1 - y^q} \quad \text{et} \quad x^{p-1} = \frac{y^{p-1}}{(1 - y^q)^{\frac{p-1}{q}}},$$

unde erit

$$\frac{x^{p-1} dx}{1 + x^q} = \frac{y^{p-1} dy}{(1 - y^q)^{\frac{p}{q}}}.$$

Quocirca integrando fiet

$$\int \frac{y^{p-1} dy}{(1 - y^q)^{\frac{p}{q}}} = \frac{\pi}{q \sin. A. \frac{p}{q} \pi},$$

si post integrationem ponatur $y = 1$.

PROBLEMA 7

34. *Invenire integrale formulae differentialis* $\dfrac{x^{p-1} dx}{(1 + x^q)^k}$ *casu, quo post integrationem ponitur* $x = \infty$.

SOLUTIO

Per reductionem formularum integralium erit

$$\int \frac{x^{p-1} dx}{(1 + x^q)^k} = \frac{x^p}{(k-1) q (1 + x^q)^{k-1}} + \frac{(k-1) q - p}{(k-1) q} \int \frac{x^{p-1} dx}{(1 + x^q)^{k-1}};$$

si ergo post integrationem, uti assumimus, ponatur $x = \infty$, membrum algebraicum ob $p < q(k-1)$ evanescit eritque

$$\int \frac{x^{p-1}dx}{(1+x^q)^k} = \frac{(k-1)q-p}{(k-1)q} \int \frac{x^{p-1}dx}{(1+x^q)^{k-1}}.$$

Quamobrem si loco k successive ponamus numeros 2, 3, 4, 5 etc., omnes hae formulae integrales reducentur ad hanc $\int \frac{x^{p-1}dx}{1+x^q}$, cuius valorem casu $x = \infty$ vidimus esse $= \dfrac{\pi}{q \sin. \mathrm{A}. \frac{p\pi}{q}}$, unde sequentes nascentur integrationes:

$$\int \frac{x^{p-1}dx}{(1+x^q)^2} = \frac{q-p}{q} \cdot \frac{\pi}{q \sin. \mathrm{A}. \frac{p\pi}{q}},$$

$$\int \frac{x^{p-1}dx}{(1+x^q)^3} = \frac{(q-p)(2q-p)}{q \cdot 2q} \cdot \frac{\pi}{q \sin. \mathrm{A}. \frac{p\pi}{q}},$$

$$\int \frac{x^{p-1}dx}{(1+x^q)^4} = \frac{(q-p)(2q-p)(3q-p)}{q \cdot 2q \cdot 3q} \cdot \frac{\pi}{q \sin. \mathrm{A}. \frac{p\pi}{q}}$$

etc.

Hincque generaliter concludetur fore

$$\int \frac{x^{p-1}dx}{(1+x^q)^k} = \frac{(q-p)(2q-p)(3q-p)\cdots((k-1)q-p)}{q \cdot 2q \cdot 3q \cdots (k-1)q} \cdot \frac{\pi}{q \sin. \mathrm{A}. \frac{p\pi}{q}}.$$

Q. E. I.

COROLLARIUM 1

35. Quoties ergo k fuerit numerus integer affirmativus, toties integrale formulae $\int \frac{x^{p-1}dx}{(1+x^q)^k}$ casu, quo $x = \infty$, per peripheriam circuli exprimi potest.

COROLLARIUM 2

36. Ex dissertatione autem mea *De progressionibus transcendentibus* Tom. Comment. V.[1]) colligitur esse

$$\frac{q \cdot 2q \cdot 3q \cdots (k-1)q}{(q-p)(2q-p)(3q-p)\dots((k-1)q-p)} = (kq-p)\int y^{q-p-1}dy(1-y^q)^{k-1}$$

1) Editio princeps: *Tom. Comment. IV*. Dissertatio autem commemorata est L. EULERI Commentatio 19 (indicis ENESTROEMIANI): *De progressionibus transcendentibus, seu quarum termini generales algebraice dari nequeunt*, Comment. acad. sc. Petrop. 5 (1730/1), 1738, p. 36; LEONHARDI EULERI Opera omnia, series I, vol. 14.   A. G.

posito post integrationem $y = 1$.   Hinc ergo colligitur fore

$$\int \frac{x^{p-1}dx}{(1+x^q)^k} \cdot \int y^{q-p-1}dy(1-y^q)^{k-1} = \frac{\pi}{q(kq-p)\sin. A.\frac{p\pi}{q}}.$$

COROLLARIUM 3

37. Si ponamus $x = \dfrac{y}{(1-y^q)^{\frac{1}{q}}}$, ita ut posito $y = 1$ fiat $x = \infty$, fiet

$$\int \frac{x^{p-1}dx}{(1+x^q)^k} = \int y^{p-1}dy(1-y^q)^{\frac{(k-1)q-p}{q}};$$

posito ergo $y = 1$ fiet

$$\frac{\pi}{q(kq-p)\sin. A.\frac{p\pi}{q}} = \int y^{q-p-1}dy(1-y^q)^{k-1} \cdot \int y^{p-1}dy(1-y^q)^{\frac{(k-1)q-p}{q}}.$$

At est

$$\int y^{p-1}dy(1-y^q)^{\frac{(k-1)q-p}{q}} = \frac{kq}{kq-p}\int y^{p-1}dy(1-y^q)^{\frac{kq-p}{q}},$$

ex quo erit

$$\int y^{q-p-1}dy(1-y^q)^{k-1} \cdot \int y^{p-1}dy(1-y^q)^{\frac{kq-p}{q}} = \frac{\pi}{kqq\sin. A.\frac{p\pi}{q}}.$$

PROBLEMA 8

38. *Invenire integrale formulae differentialis*

$$\frac{x^{m-1}+x^{2n-m-1}}{1+x^{2n}}\,dx$$

casu, quo post integrationem ponitur $x = 1$.

SOLUTIO

Huius formulae differentialis integrale in genere exhibuimus § 29. Posito autem $x = 1$ quaelibet forma a quadratura circuli pendens A.tang. $\dfrac{x\sin. A.\varphi}{1+x\cos. A.\varphi}$

abit in $\frac{\varphi}{2}$. Hinc formulae propositae integrale casu $x = 1$ erit

$$= \mp \frac{\pi}{2nn} \left\{ \begin{array}{l} \sin. A. \frac{m\pi}{2n} + 3 \sin. A. \frac{3m\pi}{2n} + 5 \sin. A. \frac{5m\pi}{2n} + \cdots \\ \qquad + (2n-1) \sin. A. \frac{(2n-1)m\pi}{2n} \end{array} \right\},$$

quae est illa ipsa sinuum series, quam in solutione Problematis 6 ad summam definitam revocavimus, ubi pariter signa superiora valent, si m fuerit numerus par, inferiora, sin m numerus impar. Utroque ergo casu, sive m sit numerus par sive impar, integrale quaesitum erit idem quod in Problemate 6; scilicet posito post integrationem $x = 1$ erit

$$\int \frac{x^{m-1} + x^{2n-m-1}}{1 + x^{2n}} dx = \frac{\pi}{2n \sin. A. \frac{m\pi}{2n}}.$$

Q. E. I.

COROLLARIUM 1

39. Erit ergo

$$\int \frac{x^{p-1} + x^{q-p-1}}{1 + x^q} dx = \frac{\pi}{q \sin. A. \frac{p\pi}{q}}$$

posito post integrationem $x = 1$, siquidem fuerit exponens $p - 1$ minor exponente q, uti supra annotavimus.

SCHOLION

40. Simili modo, quo supra (§ 32) usi sumus, ostendi potest eundem integralis valorem locum obtinere, etiamsi q sit numerus impar; sit enim in formula $\int \frac{x^{p-1} + x^{q-p-1}}{1 + x^q} dx$ exponens q numerus impar ponamusque $x = yy$; abibit haec formula in hanc $2 \int \frac{y^{2p-1} + y^{2q-2p-1}}{1 + y^{2q}} dy$, cuius utique integrale casu, quo $y = 1$, erit

$$= 2 \frac{\pi}{2q \sin. A. \frac{p\pi}{q}};$$

erit ergo, sive q sit numerus par sive impar,

$$\int \frac{x^{p-1} + x^{q-p-1}}{1 + x^q} dx = \frac{\pi}{q \sin. A. \frac{p\pi}{q}}.$$

COROLLARIUM 2

41. Integralia igitur harum duarum formularum differentialium

$$\int \frac{x^{p-1}\,dx}{1+x^q} \quad \text{et} \quad \int \frac{x^{p-1}+x^{q-p-1}}{1+x^q}\,dx,$$

si in illa post integrationem ponatur $x = \infty$, in hac autem $x = 1$, erunt inter se aequalia, utroque scilicet casu integrale est

$$= \frac{\pi}{q \sin. \text{A.} \frac{p\pi}{q}} \cdot$$

COROLLARIUM 3

42. Si in integrali

$$\int \frac{x^{p-1}+x^{q-p-1}}{1+x^q}\,dx$$

ponatur integratione peracta $x = \infty$, erit eius valor

$$= \frac{\pi}{q \sin. \text{A.} \frac{p\pi}{q}} + \frac{\pi}{q \sin. \text{A.} \frac{(q-p)\pi}{q}} = \frac{2\pi}{q \sin. \text{A.} \frac{p\pi}{q}} ;$$

hoc ergo integrale duplo maius est, si ponatur $x = \infty$, quam si ponatur $x = 1$.

LEMMA 4[1])

43. *Huius formulae differentialis* $\frac{x^{m-1}\,dx}{1-x^{2n}}$, *in qua* $m-1$ *est numerus minor quam* $2n$, *integrale est*

$$\pm \frac{l(1+x)-l(1-x)}{2n}$$

$$\pm \frac{1}{2n}\cos. \text{A.} \frac{m\pi}{n} l\left(1+2x\cos. \text{A.} \frac{\pi}{n}+xx\right) \pm \frac{1}{n}\sin. \text{A.} \frac{m\pi}{n} \text{A. tang.} \frac{x\sin. \text{A.} \frac{\pi}{n}}{1+x\cos. \text{A.} \frac{\pi}{n}}$$

$$\pm \frac{1}{2n}\cos. \text{A.} \frac{2m\pi}{n} l\left(1+2x\cos. \text{A.} \frac{2\pi}{n}+xx\right) \pm \frac{1}{n}\sin. \text{A.} \frac{2m\pi}{n} \text{A. tang.} \frac{x\sin. \text{A.} \frac{2\pi}{n}}{1+x\cos. \text{A.} \frac{2\pi}{n}}$$

---

1) Demonstratio huius lemmatis reperitur in Commentatione 162 (indicis ENESTROEMIANI); vide p. 70, imprimis p. 134.   A. G.

$$\pm \frac{1}{2n} \cos. A. \frac{3\,m\pi}{n} \, l\Big(1 + 2x \cos. A. \frac{3\pi}{n} + xx\Big) \pm \frac{1}{n} \sin. A. \frac{3\,m\pi}{n} A. \tan g. \frac{x \sin. A. \frac{3\pi}{n}}{1 + x \cos. A. \frac{3\pi}{n}}$$

$$\vdots$$

$$\pm \frac{1}{2n} \cos. A. \frac{(n-1)\,m\pi}{n} \, l\Big(1 + 2x \cos. A. \frac{(n-1)\pi}{n} + xx\Big)$$

$$\pm \frac{1}{n} \sin. A. \frac{(n-1)m\pi}{n} A. \tan g. \frac{x \sin. A. \frac{(n-1)\pi}{n}}{1 + x \cos. A. \frac{(n-1)\pi}{n}},$$

ubi signa superiora valent, si m est numerus impar, inferiora autem, si m fuerit numerus par.

COROLLARIUM 1

44. Hinc istius formulae differentialis $\frac{x^{2n-m-1}\,dx}{1-x^{2n}}$ integrale erit sequens

$$\pm \frac{1}{2n} l(1+x) \mp \frac{1}{2n} l(1-x)$$

$$\pm \frac{1}{2n} \cos. A. \frac{m\pi}{n} \, l\Big(1 + 2x \cos. A. \frac{\pi}{n} + xx\Big) \mp \frac{1}{n} \sin. A. \frac{m\pi}{n} A. \tan g. \frac{x \sin. A. \frac{\pi}{n}}{1 + x \cos. A. \frac{\pi}{n}}$$

$$\pm \frac{1}{2n} \cos. A. \frac{2\,m\pi}{n} \, l\Big(1 + 2x \cos. A. \frac{2\pi}{n} + xx\Big) \mp \frac{1}{n} \sin. A. \frac{2\,m\pi}{n} A. \tan g. \frac{x \sin. A. \frac{2\pi}{n}}{1 + x \cos. A. \frac{2\pi}{n}}$$

$$\pm \frac{1}{2n} \cos. A. \frac{3\,m\pi}{n} \, l\Big(1 + 2x \cos. A. \frac{3\pi}{n} + xx\Big) \mp \frac{1}{n} \sin. A. \frac{3\,m\pi}{n} A. \tan g. \frac{x \sin. A. \frac{3\pi}{n}}{1 + x \cos. A. \frac{3\pi}{n}}$$

$$\vdots$$

$$\pm \frac{1}{2n} \cos. A. \frac{(n-1)\,m\pi}{n} \, l\Big(1 + 2x \cos. A. \frac{(n-1)\pi}{n} + xx\Big)$$

$$\mp \frac{1}{n} \sin. A. \frac{(n-1)m\pi}{n} A. \tan g. \frac{x \sin. A. \frac{(n-1)\pi}{n}}{1 + x \cos. A. \frac{(n-1)\pi}{n}},$$

ubi iterum signa superiora locum habent, si m sit numerus impar, inferiora vero, si m sit numerus par.

COROLLARIUM 2

45. Si igitur haec formula posterior a priori subtrahatur, membra logarithmica se mutuo destruent eritque huius formulae $\dfrac{x^{m-1}-x^{2n-m-1}}{1-x^{2n}}dx$ integrale

$$= \pm \frac{2}{n}\sin.\mathrm{A}.\frac{m\pi}{n}\,\mathrm{A.tang.}\frac{x\sin.\mathrm{A}.\frac{\pi}{n}}{1+x\cos.\mathrm{A}.\frac{\pi}{n}}$$

$$\pm \frac{2}{n}\sin.\mathrm{A}.\frac{2m\pi}{n}\,\mathrm{A.tang.}\frac{x\sin.\mathrm{A}.\frac{2\pi}{n}}{1+x\cos.\mathrm{A}.\frac{2\pi}{n}}$$

$$\pm \frac{2}{n}\sin.\mathrm{A}.\frac{3m\pi}{n}\,\mathrm{A.tang.}\frac{x\sin.\mathrm{A}.\frac{3\pi}{n}}{1+x\cos.\mathrm{A}.\frac{3\pi}{n}}$$

$$\vdots$$

$$\pm \frac{2}{n}\sin.\mathrm{A}.\frac{(n-1)m\pi}{n}\,\mathrm{A.tang.}\frac{x\sin.\mathrm{A}.\frac{(n-1)\pi}{n}}{1+x\cos.\mathrm{A}.\frac{(n-1)\pi}{n}},$$

ubi signorum ambiguorum valor se habet ut ante.

PROBLEMA 9

46. *Invenire integrale huius formulae differentialis* $\dfrac{x^{m-1}-x^{2n-m-1}}{1-x^{2n}}dx$ *eo casu, quo post integrationem absolutam ponitur* $x=1$.

SOLUTIO

Quoniam casu $x=1$ est $\mathrm{A.tang.}\dfrac{x\sin.\mathrm{A}.\varphi}{1+x\cos.\mathrm{A}.\varphi} = \mathrm{A.tang.}\dfrac{\sin.\mathrm{A}.\frac{1}{2}\varphi}{\cos.\mathrm{A}.\frac{1}{2}\varphi} = \dfrac{1}{2}\varphi$, erit quaesitum integrale

$$= \pm \frac{\pi}{nn}\Big(\sin.\mathrm{A}.\frac{m\pi}{n}+2\sin.\mathrm{A}.\frac{2m\pi}{n}+3\sin.\mathrm{A}.\frac{3m\pi}{n}+\cdots+(n-1)\sin.\mathrm{A}.\frac{(n-1)m\pi}{n}\Big),$$

ubi signorum ambiguorum superius $+$ valet, si m sit numerus impar, inferius vero, si m sit par. Huius ergo seriei sinuum summa per Problema 5

reperietur eritque facta applicatione

$$\alpha = 1, \quad \beta = 1, \quad p = n - 1, \quad s = \frac{m\pi}{n}, \quad u = \frac{m\pi}{n} \quad \text{et} \quad \frac{1}{2}u = \frac{m\pi}{2n};$$

hinc summa quaesita erit

$$= \frac{\cos. A. \frac{m\pi}{2n} - n \cos. A. \left(m\pi - \frac{m\pi}{2n}\right)}{2 \sin. A. \frac{m\pi}{2n}} - \frac{\sin. A. \frac{m\pi}{n} - \sin. A. m\pi}{4 \left(\sin. A. \frac{m\pi}{2n}\right)^2}.$$

Quia vero est

$$\sin. A. \frac{m\pi}{n} = 2 \sin. A. \frac{m\pi}{2n} \cdot \cos. A. \frac{m\pi}{2n}, \quad \sin. A. m\pi = 0$$

et

$$\cos. A. \left(m\pi - \frac{m\pi}{2n}\right) = \cos. A. m\pi \cdot \cos. A. \frac{m\pi}{2n},$$

erit summa seriei sinuum inventae

$$= \frac{- n \cos. A. m\pi \cdot \cos. A. \frac{m\pi}{2n}}{2 \sin. A. \frac{m\pi}{2n}} = \pm \frac{n \cos. A. \frac{m\pi}{2n}}{2 \sin. A. \frac{m\pi}{2n}},$$

ubi ut ante signum superius locum habet, si m sit numerus impar, inferius vero, si m sit numerus par. Hoc modo signorum ambiguitas tollitur eritque formulae differentialis propositae integrale casu $x = 1$, sive m sit numerus impar sive par, constanter

$$= \frac{\pi \cos. A. \frac{m\pi}{2n}}{2n \sin. A. \frac{m\pi}{2n}}.$$

Q. E. I.

COROLLARIUM 1

47. Si igitur post integrationem ita absolutam, ut integrale evanescat posito $x = 0$, ponatur $x = 1$, erit

$$\int \frac{x^{p-1} - x^{q-p-1}}{1 - x^q} dx = \frac{\pi \cos. A. \frac{p\pi}{q}}{q \sin. A. \frac{p\pi}{q}},$$

siquidem q fuerit numerus par.

COROLLARIUM 2

48. Eadem igitur integratio casu saltem $x = 1$ locum quoque habebit, si q fuerit numerus impar, cum posito $x = yy$ exponens ipsius y in denominatore par reddatur. Erit ergo generaliter, si post integrationem $x = 1$ ponatur,

$$\int \frac{x^{p-1} - x^{q-p-1}}{1 - x^q} \, dx = \frac{\pi \cos. A. \frac{p\pi}{q}}{q \sin. A. \frac{p\pi}{q}}.$$

COROLLARIUM 3

49. Cum posito pariter post integrationem $x = 1$ sit [§ 39]

$$\int \frac{x^{p-1} + x^{q-p-1}}{1 + x^q} \, dx = \frac{\pi}{q \sin. A. \frac{p\pi}{q}},$$

si illa per hanc dividatur, erit

$$\int \frac{x^{p-1} - x^{q-p-1}}{1 - x^q} \, dx = \cos. A. \frac{p\pi}{q} \cdot \int \frac{x^{p-1} + x^{q-p-1}}{1 + x^q} \, dx,$$

siquidem post utramque integrationem ponatur $x = 1$.

LEMMA 5[1])

50. *Huius formulae differentialis*

$$\frac{x^{m-1} dx}{1 - 2hx^n + x^{2n}},$$

si ponatur n numerus par ac statuatur n — m = i itemque capiatur angulus ω, cuius cosinus sit = h, erit integrale sequens expressio

---

1) Demonstratio huius lemmatis reperitur in Commentatione 162 (indicis ENESTROEMIANI); vide p. 70, imprimis p. 141.   A. G.

$$\pm \frac{\sin.\, A.\, \frac{i}{n}\, \omega}{2n \sin.\, A.\, \omega}\, l\Big(1 + 2x \cos.\, A.\, \frac{\omega}{n} + xx\Big) \pm \frac{\cos.\, A.\, \frac{i}{n}\, \omega}{n \sin.\, A.\, \omega}\, A.\, \text{tang.}\, \frac{x \sin.\, A.\, \frac{\omega}{n}}{1 + x \cos.\, A.\, \frac{\omega}{n}}$$

$$\pm \frac{\sin.\, A.\, \frac{i}{n}\, (2\pi + \omega)}{2n \sin.\, A.\, \omega}\, l\Big(1 + 2x \cos.\, A.\, \frac{2\pi + \omega}{n} + xx\Big)$$

$$\pm \frac{\cos.\, A.\, \frac{i}{n}\, (2\pi + \omega)}{n \sin.\, A.\, \omega}\, A.\, \text{tang.}\, \frac{x \sin.\, A.\, \frac{2\pi + \omega}{n}}{1 + x \cos.\, A.\, \frac{2\pi + \omega}{n}}$$

$$\pm \frac{\sin.\, A.\, \frac{i}{n}\, (4\pi + \omega)}{2n \sin.\, A.\, \omega}\, l\Big(1 + 2x \cos.\, A.\, \frac{4\pi + \omega}{n} + xx\Big)$$

$$\pm \frac{\cos.\, A.\, \frac{i}{n}\, (4\pi + \omega)}{n \sin.\, A.\, \omega}\, A.\, \text{tang.}\, \frac{x \sin.\, A.\, \frac{4\pi + \omega}{n}}{1 + x \cos.\, A.\, \frac{4\pi + \omega}{n}}$$

$$\vdots$$

$$\pm \frac{\sin.\, A.\, \frac{i}{n}\, (2(n-1)\pi + \omega)}{2n \sin.\, A.\, \omega}\, l\Big(1 + 2x \cos.\, A.\, \frac{2(n-1)\pi + \omega}{n} + xx\Big)$$

$$\pm \frac{\cos.\, A.\, \frac{i}{n}\, (2(n-1)\pi + \omega)}{n \sin.\, A.\, \omega}\, A.\, \text{tang.}\, \frac{x \sin.\, A.\, \frac{2(n-1)\pi + \omega}{n}}{1 + x \cos.\, A.\, \frac{2(n-1)\pi + \omega}{n}},$$

ubi signa superiora valent, si i est numerus impar, inferiora autem, si i sit numerus par. Quodsi autem n fuisset numerus impar, tum non solum haec signorum lex debet commutari, sed etiam pro ω debet capi angulus, cuius cosinus sit = — h.

PROBLEMA 10

51. *Invenire integrale huius formulae differentialis*

$$\frac{x^{m-1}dx}{1 - 2h x^n + x^{2n}}$$

eo casu, quo post integrationem ponitur x = ∞.

SOLUTIO

Integrale universaliter sumtum constat duplici partium ordine: alter membra logarithmica complectitur, alter a quadratura circuli pendentia. Assumamus n esse numerum parem ac ponamus $n - m = i$ sitque ω arcus, cuius cosinus $= h$. Posito iam $x = \infty$ singuli logarithmi abibunt in $lx^2 = 2lx$ horumque ideo membrorum logarithmicorum summa erit

$$\frac{\pm lx}{n \sin. \text{A.} \omega}\Big(\sin. \text{A.} \frac{i}{n}\omega + \sin. \text{A.} \frac{i}{n}(2\pi + \omega) + \cdots + \sin. \text{A.} \frac{i}{n}(2(n-1)\pi + \omega)\Big),$$

quorum sinuum omnium summa reperitur

$$= \frac{\cos. \text{A.} \frac{i}{n}(\omega - \pi) - \cos. \text{A.} \frac{i}{n}((2n-1)\pi + \omega)}{2 \sin. \text{A.} \frac{i\pi}{n}};$$

cum autem hi anguli differant integra peripheria 2π aliquoties sumta, erunt eorum cosinus aequales hincque summa omnium membrorum logarithmicorum in integrali $= 0$. Supererunt ergo tantum membra a quadratura circuli pendentia, quae casu $x = \infty$ ita se habebunt:

$$\pm\frac{1}{nn \sin. \text{A.} \omega}\left\{\begin{array}{l}\omega \cos. \text{A.} \frac{i}{n}\omega + (2\pi + \omega)\cos. \text{A.} \frac{i}{n}(2\pi + \omega) + (4\pi + \omega)\cos. \text{A.} \frac{i}{n}(4\pi + \omega) \\ \quad + \cdots + (2(n-1)\pi + \omega)\cos. \text{A.} \frac{i}{n}(2(n-1)\pi + \omega)\end{array}\right\}.$$

Haec iam cosinuum series per § 26 summabitur factaque comparatione erit

$$\alpha = \omega, \quad \beta = 2\pi, \quad s = \frac{i\omega}{n}, \quad u = \frac{2i\pi}{n} \quad \text{et} \quad p = n,$$

unde obtinetur summa horum cosinuum

$$= \frac{-\omega \sin. \text{A.} \frac{i}{n}(\omega - \pi) + (\omega + 2n\pi)\sin. \text{A.} \frac{i}{n}(\omega + (2n-1)\pi)}{2 \sin. \text{A.} \frac{i\pi}{n}}$$

$$- \frac{\pi \cos. \text{A.} \frac{i\omega}{n} - \pi \cos. \text{A.} \frac{i}{n}(\omega + 2n\pi)}{2\left(\sin. \text{A.} \frac{i\pi}{n}\right)^2} = \frac{n\pi \sin. \text{A.} \frac{i}{n}(\omega - \pi)}{\sin. \text{A.} \frac{i\pi}{n}}.$$

Integrale ergo quaesitum est

$$= \pm \frac{\pi \sin. A. \frac{i}{n}(\omega - \pi)}{n \sin. A. \omega \cdot \sin. A. \frac{i\pi}{n}};$$

sublata autem signorum ambiguitate erit formulae differentialis propositae integrale casu $x = \infty$ hoc

$$\int \frac{x^{m-1}dx}{1 - 2hx^n + x^{2n}} = \frac{\pi \sin. A. \frac{i}{n}(\pi - \omega)}{n \sin. A. \omega \cdot \sin. A. \frac{i\pi}{n}}$$

existente $i = n - m$ et $\omega = A.\cos.h$.   Q. E. I.

COROLLARIUM 1

52. Si loco m scribatur $2n - m$, tum i in sui negativum abit, quo ipso integrale non afficitur; erit ergo

$$\int \frac{x^{m-1}dx}{1 - 2hx^n + x^{2n}} = \int \frac{x^{2n-m-1}dx}{1 - 2hx^n + x^{2n}}$$

casu, quo ponitur $x = \infty$.

COROLLARIUM 2

53. Si fiat $m = n$, tum erit $i = 0$; quo casu cum sinus arcuum evanescentium sint ipsis arcubus aequales, fiet

$$\int \frac{x^{n-1}dx}{1 - 2hx^n + x^{2n}} = \frac{\pi - \omega}{n \sin. A. \omega}$$

posito $x = \infty$; cuius veritas facile potest comprobari.

SCHOLION

54. Assumsimus hic h esse numerum unitate seu sinu toto minorem; alioquin non daretur arcus ω, cuius cosinus esset $= h$. Ideo autem hunc casum prae reliquis elegi, quod denominator $1 - 2hx^n + x^{2n}$ non in duos factores reales binomiales resolvi potest. Quoties enim eiusmodi resolutio locum habet, facilius per praecedentia opus expediri potest.

PROBLEMA 11

55. *Invenire integrale huius formulae differentialis*

$$\frac{x^{p-1}dx}{1+ax^q}$$

casu tantum, quo post integrationem ponitur $x = \infty$.

SOLUTIO

Ponatur $ax^q = y^q$ seu $x = a^{-\frac{1}{q}}y$, quo facto formula proposita abibit in

hanc $\dfrac{a^{\frac{-p}{q}}y^{p-1}dy}{1+y^q}$, cuius integrale casu $y = \infty$ est $= \dfrac{\pi}{a^{\frac{p}{q}}q\sin.\mathrm{A}.\frac{p\pi}{q}}$. Cum autem

posito $y = \infty$ simul fiat $x = \infty$, erit quoque hoc casu

$$\int\frac{x^{p-1}dx}{1+ax^q} = \frac{\pi}{a^{\frac{p}{q}}q\sin.\mathrm{A}.\frac{p\pi}{q}}.$$

Q. E. I.

COROLLARIUM 1

56. Erit igitur sumto quocunque multiplo

$$\int\frac{mx^{p-1}dx}{1+ax^q} = \frac{m\pi}{a^{\frac{p}{q}}q\sin.\mathrm{A}.\frac{p\pi}{q}},$$

si post integrationem ponatur $x = \infty$.

COROLLARIUM 2

57. Cum igitur simili modo sit

$$\int\frac{nx^{p-1}dx}{1+bx^q} = \frac{n\pi}{b^{\frac{p}{q}}q\sin.\mathrm{A}.\frac{p\pi}{q}},$$

erit duas huiusmodi formulas addendo

$$\int\frac{(m+n)x^{p-1}dx + (mb+na)x^{p+q-1}dx}{1+(a+b)x^q+abx^{2q}} = \frac{\pi}{q\sin.\mathrm{A}.\frac{p\pi}{q}}\left(\frac{m}{a^{\frac{p}{q}}}+\frac{n}{b^{\frac{p}{q}}}\right)$$

posito post integrationem $x = \infty$.

9*

PROBLEMA 12

58. *Si ponatur post integrationem $x = \infty$, invenire valorem huius integralis*

$$\int \frac{x^{p-1}dx}{1 + 2fx^q + gx^{2q}}.$$

SOLUTIO

Comparata hac formula cum corollario praecedente fiet $2f = a + b$ et $g = ab$, unde $2V(ff - g) = a - b$ hincque

$$a = f + V(ff - g) \quad \text{et} \quad b = f - V(ff - g).$$

Porro autem erit $m + n = 1$ et $mb + na = 0$ seu $(m + n)f = (m - n)V(ff - g)$ ideoque $m - n = \dfrac{f}{V(ff - g)}$. Erit ergo

$$m = \frac{f + V(ff - g)}{2V(ff - g)} \quad \text{et} \quad n = \frac{-f + V(ff - g)}{2V(ff - g)}.$$

His valoribus inventis obtinebitur integrale quaesitum

$$\int \frac{x^{p-1}dx}{1 + 2fx^q + gx^{2q}} = \frac{\pi}{2q\sin. \text{A}.\frac{p\pi}{q}} \cdot \frac{\left(f + V(ff - g)\right)^{\frac{q-p}{q}} - \left(f - V(ff - g)\right)^{\frac{q-p}{q}}}{V(ff - g)},$$

si quidem post integrationem ponatur $x = \infty$. Q. E. I.

COROLLARIUM 1

59. Quodsi ergo f et g fuerint quantitates reales affirmativae atque fuerit $ff > g$, tum integrale inventum terminis realibus erit expressum. Sin autem g fuerit quantitas negativa, tum b erit negativum hocque casu integrale inventum locum habere nequit. Idem incommodum evenit, si f fuerit numerus negativus existente $ff > g$; tum enim a et b fient numeri negativi neque idcirco formularum simplicium $\dfrac{x^{p-1}dx}{1 - ax^q}$ et $\dfrac{x^{p-1}dx}{1 - bx^q}$ integralia casu $x = \infty$ exhiberi poterunt.

COROLLARIUM 2

60. Sin autem sit $g > ff$, tum utraque quantitas a et b fiet imaginaria; nisi igitur imaginaria in integrali invento se destruant, valor formulae propositae casu $x = \infty$ exhiberi non poterit.

SCHOLION

61. Ponamus ergo esse $g > ff$ sitque ω angulus, cuius cosinus sit $= \dfrac{f}{V g}$; erit

$$\frac{V(ff - g)}{V g} = \sin. A. \omega \cdot V - 1$$

hincque

$$\left(f + V(ff - g) \right)^{\frac{q-p}{q}} = (\cos. A. \omega + V - 1 \cdot \sin. A. \omega)^{\frac{q-p}{q}} g^{\frac{q-p}{2q}}$$

et

$$\left(f - V(ff - g) \right)^{\frac{q-p}{q}} = (\cos. A. \omega - V - 1 \cdot \sin. A. \omega)^{\frac{q-p}{q}} g^{\frac{q-p}{2q}}.$$

At est

$$(\cos. A. \omega \pm V - 1 \cdot \sin. A. \omega)^{\frac{q-p}{q}} = \cos. A. \frac{(q-p)\omega}{q} \pm V - 1 \cdot \sin. A. \frac{(q-p)\omega}{q}.$$

Ex quibus formulae propositae

$$\frac{x^{p-1} dx}{1 + 2fx^q + gx^{2q}}$$

casu, quo $g > ff$, integrale erit, si post integrationem $x = \infty$ ponatur,

$$= \frac{\pi}{g^{\frac{p}{2q}} q \sin. A. \dfrac{p\pi}{q}} \cdot \frac{\sin. A. \dfrac{(q-p)\omega}{q}}{\sin. A. \omega}$$

existente

$$\cos. A. \omega = \frac{f}{V g}.$$

Quod, si loco ω scribamus $\pi - \omega$ et i loco $q - p$ atque n loco q, congruit cum integrali pro eodem casu in Problemate 10 invento.

METHODUS INTEGRANDI
FORMULAS DIFFERENTIALES RATIONALES
UNICAM VARIABILEM INVOLVENTES

1. Omnes formulae differentiales, quarum integrationem hic sum traditurus, continentur in hac forma generali $X dx$, ubi X denotat functionem quamcunque rationalem ipsius x. Cum igitur omnis functio rationalis sit vel integra vel fracta, tractatio nostra esset bipartita constituenda, nisi integratio illis casibus, quibus X est functio integra, nulla laboraret difficultate. Si enim X huiusmodi est functio, denominatore, qui quidem variabilem x complectatur, destituta semper ad hanc formam revocabitur, ut sit

$$X = A + Bx + Cx^2 + Dx^3 + Ex^4 + Fx^5 + \text{etc.,}$$

hocque casu erit

$$\int X dx = \mathit{\Delta} + Ax + \tfrac{1}{2} Bx^2 + \tfrac{1}{3} Cx^3 + \tfrac{1}{4} Dx^4 + \tfrac{1}{5} Ex^5 + \text{etc.,}$$

ubi $\mathit{\Delta}$ constantem quamcunque denotat. Latius autem ratio huius integrationis patet atque ad exponentes ipsius x non solum integros affirmativos, sed etiam negativos et fractos extenditur. Ita, si m, n, p, q etc. exponant numeros quoscunque sive integros sive fractos, sive positivos sive negativos fueritque

$$X = Ax^m + Bx^n + Cx^p + Dx^q + \text{etc.,}$$

erit, uti sponte patet,

$$\int X dx = \frac{1}{m+1} Ax^{m+1} + \frac{1}{n+1} Bx^{n+1} + \frac{1}{p+1} Cx^{p+1} + \frac{1}{q+1} Dx^{q+1} + \text{etc.}$$

Quae cum sint iam fere trivialia, huic priori generi, quo X est functio ipsius x integra, amplius non immoror, sed ad functiones, quae forma exprimuntur fracta, progredior.

2. Sit igitur X functio quaecunque fracta ipsius x numeratore ac denominatore contenta atque semper in huiusmodi forma latissime patente continebitur

$$X = \frac{A + Bx + Cx^2 + Dx^3 + Ex^4 + \text{etc.}}{\alpha + \beta x + \gamma x^2 + \delta x^3 + \varepsilon x^4 + \zeta x^5 + \text{etc.}}.$$

De qua primum observa, si x in numeratore tot vel plures habeat dimensiones quam in denominatore, formulam ad aliam revocari posse, in qua summa ipsius x dimensio in numeratore minor sit quam in denominatore; quae reducta, uti constat, divisione absolvitur; si enim sit

$$X = \frac{A + Bx + Cx^2 + Dx^3 + Ex^4}{\alpha + \beta x + \gamma x^2 + \delta x^3},$$

fiet

$$X = \frac{E}{\delta} x + \frac{A + \left(B - \frac{E\alpha}{\delta}\right) x + \left(C - \frac{E\beta}{\delta}\right) x^2 + \left(D - \frac{E\gamma}{\delta}\right) x^3}{\alpha + \beta x + \gamma x^2 + \delta x^3}$$

atque ulterius resolvendo

$$X = \frac{E}{\delta} x + \left(\frac{D}{\delta} - \frac{E\gamma}{\delta\delta}\right)$$

$$+ \frac{\left(A - \frac{D\alpha}{\delta} + \frac{E\alpha\gamma}{\delta\delta}\right) + \left(B - \frac{E\alpha}{\delta} - \frac{D\beta}{\delta} + \frac{E\beta\gamma}{\delta\delta}\right) x + \left(C - \frac{E\beta}{\delta} - \frac{D\gamma}{\delta} + \frac{E\gamma\gamma}{\delta\delta}\right) x^2}{\alpha + \beta x + \gamma x^2 + \delta x^3}.$$

Cum iam prioris partis $\frac{E}{\delta} x + \frac{D}{\delta} - \frac{E\gamma}{\delta\delta}$, si per dx multiplicetur, integratio sit obvia, tota difficultas ad integrationem partis posterioris, quae est vera forma fracta, reducitur. Ideoque cardo rei versatur in integratione huiusmodi formae $X dx$, si fuerit

$$X = \frac{A + Bx + Cx^2 + Dx^3 + Ex^4 + \text{etc.}}{\alpha + \beta x + \gamma x^2 + \delta x^3 + \varepsilon x^4 + \zeta x^5 + \text{etc.}},$$

ubi quidem summa potestas ipsius x in numeratore minor sit quam summa potestas ipsius x in denominatore. Ex quo regulas sequentes tantum ad huiusmodi formulas sum relaturus.

3. Si in denominatore terminus primus α vel aliquot termini initiales desint seu evanescant, integratio multum levari atque ad casum faciliorem, quem postmodum tractabimus, reduci potest. Reductio autem in hoc constat, quod denominator tum habeat unum factorem cognitum, qui erit vel x vel x^2 vel x^3 etc., prout unus pluresve termini initiales denominatoris evanescant, ideoque poterit fractio proposita in duas alias fractiones resolvi, quarum altera, cum habeat potestatem ipsius x simplicem pro denominatore, nullo negotio integratur, ita ut tantum altera remaneat, cuius integrale quaeratur. Sic, si primus tantum terminus denominatoris desit, erit formula differentialis proposita huiusmodi

$$\frac{A + Bx + Cx^2 + Dx^3 + Ex^4 + \text{etc.}}{x(\alpha + \beta x + \gamma x^2 + \delta x^3 + \varepsilon x^4 + \text{etc.})} dx,$$

quae aequalis est his duabus iunctim sumtis

$$\frac{A}{\alpha x} dx + \frac{\left(B - \frac{A\beta}{\alpha}\right) + \left(C - \frac{A\gamma}{\alpha}\right)x + \left(D - \frac{A\delta}{\alpha}\right)x^2 + \left(E - \frac{A\varepsilon}{\alpha}\right)x^3 + \text{etc.}}{\alpha + \beta x + \gamma x^2 + \delta x^3 + \varepsilon x^4 + \text{etc.}} dx,$$

quarum prioris partis $\frac{A\,dx}{\alpha x}$ integrale est $\frac{A}{\alpha} lx$, posterioris vero partis integrale methodo deinceps tradenda reperiri debet.

4. Si bini termini initiales denominatoris evanescant, formula differentialis erit huiusmodi

$$\frac{A + Bx + Cx^2 + Dx^3 + Ex^4 + \text{etc.}}{x^2(\alpha + \beta x + \gamma x^2 + \delta x^3 + \varepsilon x^4 + \text{etc.})} dx;$$

quae ut resolvatur in duas fractiones factores hos denominatoris pro denominatoribus habentes, ponatur ea aequalis his duabus fractionibus

$$\frac{\mathfrak{a} + \mathfrak{b}x}{x^2} dx + \frac{\mathfrak{A} + \mathfrak{B}x + \mathfrak{C}x^2 + \mathfrak{D}x^3 + \mathfrak{E}x^4 + \text{etc.}}{\alpha + \beta x + \gamma x^2 + \delta x^3 + \varepsilon x^4 + \text{etc.}} dx.$$

Addantur hae fractiones more consueto ac denominator summae quidem sponte aequalis fiet denominatori fractionis propositae, numerator autem erit

$$\mathfrak{a}\alpha + \mathfrak{a}\beta x + \mathfrak{a}\gamma x^2 + \mathfrak{a}\delta x^3 + \mathfrak{a}\varepsilon x^4 + \text{etc.}$$
$$+ \mathfrak{b}\alpha x + \mathfrak{b}\beta x^2 + \mathfrak{b}\gamma x^3 + \mathfrak{b}\delta x^4 + \text{etc.}$$
$$+ \mathfrak{A}x^2 + \mathfrak{B}x^3 + \mathfrak{C}x^4 + \text{etc.};$$

qui ut numeratori proposito aequalis fiat, termini singuli homologi aequentur, unde elicietur

$$\mathfrak{a} = \frac{A}{\alpha},$$

$$\mathfrak{b} = \frac{B}{\alpha} - \frac{\mathfrak{a}\beta}{\alpha} = \frac{B}{\alpha} - \frac{A\beta}{\alpha^2},$$

$$\mathfrak{A} = C - \frac{A\gamma}{\alpha} - \frac{B\beta}{\alpha} + \frac{A\beta^2}{\alpha^2},$$

$$\mathfrak{B} = D - \frac{A\delta}{\alpha} - \frac{B\gamma}{\alpha} + \frac{A\beta\gamma}{\alpha^2},$$

$$\mathfrak{C} = E - \frac{A\varepsilon}{\alpha} - \frac{B\delta}{\alpha} + \frac{A\beta\delta}{\alpha^2}$$

etc.

His coefficientibus initio assumtis determinatis innotescent binae fractiones simpliciores, in quas proposita resolvitur; ac prioris quidem $\frac{\mathfrak{a} + \mathfrak{b}x}{x^2}dx$ integrale est $= -\frac{\mathfrak{a}}{x} + \mathfrak{b}lx$, ita ut integratio formulae propositae iam ad integrationem partis posterioris reducatur. Ceterum ex ipsa terminorum comparatione intelligitur non opus fuisse, ut numeratori fractionis prioris $\mathfrak{a} + \mathfrak{b}x$ plures quam duos terminos tribueremus, cum litterarum determinandarum numerus hoc modo cum numero aequationum congruat; unicus autem terminus $\mathfrak{a}$ ad hoc non suffecisset, eo quod, si posuissemus $\mathfrak{b} = 0$, secundae aequationi $B = \mathfrak{a}\beta$ ob $\mathfrak{a}$ iam determinatum satisfieri non potuisset.

5. Ponamus iam tres terminos initiales denominatoris formulae initio propositae abesse ac formula differentialis integranda erit huiusmodi

$$\frac{A + Bx + Cx^2 + Dx^3 + Ex^4 + \text{etc.}}{x^3(\alpha + \beta x + \gamma x^2 + \delta x^3 + \varepsilon x^4 + \text{etc.})}dx,$$

quae in duas fractiones huius formae resolvi poterit

$$\frac{\mathfrak{a} + \mathfrak{b}x + \mathfrak{c}x^2}{x^3}dx + \frac{\mathfrak{A} + \mathfrak{B}x + \mathfrak{C}x^2 + \mathfrak{D}x^3 + \text{etc.}}{\alpha + \beta x + \gamma x^2 + \delta x^3 + \text{etc.}}dx,$$

quarum summae denominator cum denominatore proposito congruit, numerator vero erit

$$\mathfrak{a}\alpha + \mathfrak{a}\beta x + \mathfrak{a}\gamma x^2 + \mathfrak{a}\delta x^3 + \mathfrak{a}\varepsilon x^4 + \text{etc.}$$
$$+\ \mathfrak{b}\alpha x + \mathfrak{b}\beta x^2 + \mathfrak{b}\gamma x^3 + \mathfrak{b}\delta x^4 + \text{etc.}$$
$$+\ \mathfrak{c}\alpha x^2 + \mathfrak{c}\beta x^3 + \mathfrak{c}\gamma x^4 + \text{etc.}$$
$$+\ \mathfrak{A}x^3 + \mathfrak{B}x^4 + \text{etc.};$$

qui ut aequalis reddatur numeratori proposito, debebit esse

$$\mathfrak{a} = \frac{A}{\alpha},$$

$$\mathfrak{b} = \frac{B}{\alpha} - \frac{\mathfrak{a}\beta}{\alpha} = \frac{B}{\alpha} - \frac{A\beta}{\alpha^2},$$

$$\mathfrak{c} = \frac{C}{\alpha} - \frac{\mathfrak{a}\gamma}{\alpha} - \frac{\mathfrak{b}\beta}{\alpha} = \frac{C}{\alpha} - \frac{A\gamma}{\alpha^2} - \frac{B\beta}{\alpha^2} + \frac{A\beta^2}{\alpha^3}$$

atque

$$\mathfrak{A} = D - \frac{A\delta}{\alpha} - \frac{B\gamma}{\alpha} + \frac{2A\beta\gamma}{\alpha^2} - \frac{C\beta}{\alpha} + \frac{B\beta^2}{\alpha^2} - \frac{A\beta^3}{\alpha^3},$$

$$\mathfrak{B} = E - \frac{A\varepsilon}{\alpha} - \frac{B\delta}{\alpha} + \frac{A\beta\delta}{\alpha^2} - \frac{C\gamma}{\alpha} + \frac{A\gamma^2}{\alpha^2} + \frac{B\beta\gamma}{\alpha^2} - \frac{A\beta^2\gamma}{\alpha^3}$$

etc.

Apparet igitur nec plures nec pauciores terminos pro numeratore fractionis prioris accipi oportuisse quam tres; atque ex natura rei generaliter intelligitur pro numeratore prioris fractionis tot terminos assumi debere, quoad perveniatur ad exponentem ipsius x unitate minorem, quam continet exponens denominatoris, seu, quod eodem redit, numerator tot terminos habere debet, quot unitates continet exponens denominatoris.

6. Ex his iam satis patet modus, quemadmodum fractio differentialis, cuius denominator factorem habeat, qui sit potestas ipsius x, cuiusmodi est

$$\frac{A + Bx + Cx^2 + Dx^3 + Ex^4 + \text{etc.}}{x^n(\alpha + \beta x + \gamma x^2 + \delta x^3 + \text{etc.})}\,dx,$$

resolvi debeat in binas alias fractiones, quarum denominatores sint hi bini factores seorsim sumti. Scilicet ea transmutabitur in huiusmodi binas formulas

$$\frac{\mathfrak{a} + \mathfrak{b}x + \mathfrak{c}x^2 + \mathfrak{d}x^3 + \cdots + \mathfrak{n}x^{n-1}}{x^n}\,dx + \frac{\mathfrak{A} + \mathfrak{B}x + \mathfrak{C}x^2 + \mathfrak{D}x^3 + \mathfrak{E}x^4 + \text{etc.}}{\alpha + \beta x + \gamma x^2 + \delta x^3 + \varepsilon x^4 + \text{etc.}}\,dx$$

habebuntque coefficientes assumti hos valores

$$\mathfrak{a} = \frac{A}{\alpha},$$

$$\mathfrak{b} = \frac{B}{\alpha} - \frac{\mathfrak{a}\beta}{\alpha},$$

$$\mathfrak{c} = \frac{C}{\alpha} - \frac{\mathfrak{a}\gamma}{\alpha} - \frac{\mathfrak{b}\beta}{\alpha},$$

$$\mathfrak{d} = \frac{D}{\alpha} - \frac{\mathfrak{a}\delta}{\alpha} - \frac{\mathfrak{b}\gamma}{\alpha} - \frac{\mathfrak{c}\beta}{\alpha}$$

etc.

$$\mathfrak{A} = P - \mathfrak{n}\beta - \mathfrak{m}\gamma - \mathfrak{l}\delta - \mathfrak{k}\varepsilon - \text{etc.},$$

$$\mathfrak{B} = Q - \mathfrak{n}\gamma - \mathfrak{m}\delta - \mathfrak{l}\varepsilon - \mathfrak{k}\zeta - \text{etc.},$$

$$\mathfrak{C} = R - \mathfrak{n}\delta - \mathfrak{m}\varepsilon - \mathfrak{l}\zeta - \mathfrak{k}\eta - \text{etc.}$$

etc.,

ubi in numeratore proposito $A + Bx + Cx^2 + $ etc. denotat P coefficientem potestatis x^n et Q coefficientem potestatis x^{n+1} et R coefficientem potestatis x^{n+2} et ita porro. Hac ergo facta resolutione prioris fractionis integrale est in promtu per § 2, ita ut ad plenam integrationem supersit modus integrandi fractionem posteriorem. Hanc ob rem tota difficultas huc redit, ut modus tradatur integrandi huiusmodi formulam

$$\frac{A + Bx + Cx^2 + Dx^3 + Ex^4 + \text{etc.}}{\alpha + \beta x + \gamma x^2 + \delta x^3 + \varepsilon x^4 + \text{etc.}}\, dx,$$

in cuius denominatore primus terminus α non sit $= 0$.

7. Casus simplicissimus, qui in hac forma continetur, erit, si in numeratore omnes termini praeter primum, in denominatore vero omnes praeter duos primos evanescant, ita ut haec habeatur formula integranda

$$\frac{A}{\alpha + \beta x}\, dx.$$

Ponatur ea $= dy$, ut sit $dy = \frac{A\, dx}{\alpha + \beta x}$; erit $\frac{\beta\, dy}{A} = \frac{\beta\, dx}{\alpha + \beta x}$; quod cum sit differen-

tiale ipsius $l(\alpha + \beta x)$, erit $\frac{\beta y}{A} = l(\alpha + \beta x)$ ideoque integrale quaesitum

$$\int \frac{A}{\alpha + \beta x}\, dx = y = \frac{A}{\beta}\, l(\alpha + \beta x)$$

seu adiiciendo constantem

$$\int \frac{A}{\alpha + \beta x}\, dx = \frac{A}{\beta}\, l\, \frac{\alpha + \beta x}{\mathfrak{a}}.$$

Simili modo si numerator totus per dx multiplicatus sit differentiale denominatoris, integratio facile per logarithmos expedietur. Si enim formula integranda sit

$$\frac{\beta + 2\gamma x + 3\delta x^2 + 4\varepsilon x^3}{\alpha + \beta x + \gamma x^2 + \delta x^3 + \varepsilon x^4}\, dx,$$

integrale erit logarithmus denominatoris, scilicet

$$l(\alpha + \beta x + \gamma x^2 + \delta x^3 + \varepsilon x^4).$$

Quodsi autem formula differentialis sit huiusmodi, ut numerator in dx ductus sit multiplum quodpiam [differentialis] denominatoris, nempe

$$dy = \frac{n\beta + 2n\gamma x + 3n\delta x^2 + 4n\varepsilon x^3}{\alpha + \beta x + \gamma x^2 + \delta x^3 + \varepsilon x^4}\, dx,$$

erit pariter per logarithmos integrale quaesitum

$$y = nl(\alpha + \beta x + \gamma x^2 + \delta x^3 + \varepsilon x^4).$$

8. Deinde etiam alius casus est obvius, si denominator sit quaepiam potestas ac numerator in dx ductus sit differentiale radicis denominatoris vel eius multiplum, veluti si fuerit

$$dy = \frac{n\beta + 2n\gamma x + 3n\delta x^2 + 4n\varepsilon x^3}{(\alpha + \beta x + \gamma x^2 + \delta x^3 + \varepsilon x^4)^m}\, dx.$$

Ponatur brevitatis ergo denominatoris radix

$$\alpha + \beta x + \gamma x^2 + \delta x^3 + \varepsilon x^4 = z;$$

erit

$$(\beta + 2\gamma x + 3\delta x^2 + 4\varepsilon x^3)dx = dz$$

hincque habebitur $dy = \frac{n\,dz}{z^m}$, cuius integrale erit $y = -\dfrac{n}{(m-1)z^{m-1}}$, atque valore ipsius z restituto prodibit integrale quaesitum

$$y = -\frac{n}{(m-1)(\alpha + \beta x + \gamma x^2 + \delta x^3 + \varepsilon x^4)^{m-1}},$$

cui insuper pro arbitrio quantitatem constantem adiicere licet.   Praeterea vero etiam usu venire potest, ut integrale sit quantitas algebraica, etiamsi numerator non sit ita comparatus, uti in hoc casu assumsimus. Omnes autem hi casus una formula comprehendi poterunt, si in genere huiusmodi functio

$$\frac{\mathfrak{A} + \mathfrak{B}x + \mathfrak{C}x^2 + \mathfrak{D}x^3 + \text{etc.}}{(\alpha + \beta x + \gamma x^2 + \delta x^3 + \varepsilon x^4 + \text{etc.})^{m-1}}$$

differentietur; cum enim differentiale huiusmodi habiturum sit formam

$$\frac{A + Bx + Cx^2 + Dx^3 + \text{etc.}}{(\alpha + \beta x + \gamma x^2 + \delta x^3 + \varepsilon x^4 + \text{etc.})^m}\,dx,$$

huius formulae vicissim integrale habebitur.

9. His casibus exceptis, nulla alia via ad huiusmodi formulas differentiales fractas integrandas patet, nisi ut denominator $\alpha + \beta x + \gamma x^2 + \text{etc.}$ in suos factores simplices resolvatur, ubi quidem, cum non sit $\alpha = 0$, pro α unitas scribi potest, quod opus autem saepenumero maximis difficultatibus est obnoxium, quas tollere huius non est loci. Quanquam enim radicum investigatio, cum qua resolutio in factores congruit, adhuc non ultra aequationes quatuor dimensionum generatim est perducta, tamen in integrationum negotio merito nobis resolutionem aequationum quotcunque dimensionum concedi postulamus. Atque is formulae seu aequationis differentialis integrationem perfecte dedisse censendus est, qui eam ad resolutionem seu constructionem aequationis algebraicae revocaverit. Quamobrem assumamus denominatoris propositi

$$1 + \alpha x + \beta x^2 + \gamma x^3 + \delta x^4 + \text{etc.}$$

factores simplices, in quibus x unicam habeat dimensionem, esse hos

$$(1 + px)(1 + qx)(1 + rx)(1 + sx)(1 + tx) \text{ etc.},$$

quorum factorum numerus, uti constat, aequalis est maximae dimensioni ipsius x, quam habet in denominatore proposito. Praeterea vero manifestum est

coefficientes p, q, r, s etc. cum coefficientibus cognitis α, β, γ, δ etc. ita esse connexos, ut sit

$$\alpha = p + q + r + s + \text{etc.} \qquad = \text{summae singulorum,}$$

$$\beta = pq + pr + ps + qr + \text{etc.} = \text{summae factorum ex binis,}$$

$$\gamma = pqr + pqs + qrs + \text{etc.} \qquad = \text{summae factorum ex ternis,}$$

$$\delta = pqrs + pqrt + \text{etc.} \qquad = \text{summae factorum ex quaternis,}$$

$$\varepsilon = pqrst + \text{etc.} \qquad = \text{summae factorum ex quinis}$$

et ita porro. Quamobrem has quantitates p, q, r, s etc. tanquam datas ac determinatas per cognitas α, β, γ, δ etc. iure accipere licet.

10. Hac posita denominatoris in factores resolutione formula differentialis

$$\frac{A + Bx + Cx^2 + Dx^3 + \text{etc.}}{1 + \alpha x + \beta x^2 + \gamma x^3 + \text{etc.}}\, dx$$

abibit in hanc formam

$$\frac{A + Bx + Cx^2 + Dx^3 + Ex^4 + \text{etc.}}{(1 + px)(1 + qx)(1 + rx)(1 + sx)\ \text{etc.}}\, dx,$$

quae porro resolvi poterit in fractiones totidem simplices, quot denominator continet factores, sintque hae fractiones simplices differentiales hae

$$\frac{P\,dx}{1 + px} + \frac{Q\,dx}{1 + qx} + \frac{R\,dx}{1 + rx} + \frac{S\,dx}{1 + sx} + \text{etc.}$$

Patet enim his fractionibus addendis expressionem esse prodituram superiori similem; namque denominator summae sponte aequalis fiet denominatori oblato, numerator quidem illi non congruens orietur, verum tamen tot non prodibunt dimensiones ipsius x in numeratore quam in denominatore; quamobrem litterae adhuc ignotae P, Q, R, S etc. ita determinari poterunt, ut numerator ipsi proposito congruat. Tot enim sunt litterae P, Q, R etc., quot x habet dimensiones in denominatore; totidem vero numerator continet terminos, ita ut haec operatio sufficiat ad omnes litteras P, Q, R etc. determinandas. Ex hocque patet ratio, cur x in numeratore pauciores [dimensiones] habere debeat quam in denominatore; si enim totidem haberet vel plures, litterae assumtae P, Q, R etc. non sufficerent ad numeratorem propositum producendum.

11. Si ad valores litterarum P, Q, R, S etc. inveniendos omnes fractiones simplices actu addere ac numeratorem resultantem cum numeratore proposito congruentem reddere velimus, poterimus quidem valores illarum litterarum P, Q, R etc. omnium assignare; verum si numerus fractionum simplicium fuerit modicus tantum, labor fere fit insuperabilis. Eaedem autem aequationes multo facilius eruentur, si singulae fractiones simplices reiiciendo dx per divisionem in series convertantur, quo facto prodibit summa omnium per seriem expressa

$$+ P - Ppx + Pp^2x^2 - Pp^3x^3 + Pp^4x^4 - Pp^5x^5 + \text{etc.}$$
$$+ Q - Qqx + Qq^2x^2 - Qq^3x^3 + Qq^4x^4 - Qq^5x^5 + \text{etc.}$$
$$+ R - Rrx + Rr^2x^2 - Rr^3x^3 + Rr^4x^4 - Rr^5x^5 + \text{etc.}$$
$$+ S - Ssx + Ss^2x^2 - Ss^3x^3 + Ss^4x^4 - Ss^5x^5 + \text{etc.}$$
$$\text{etc.}$$

Quarum summa cum aequalis esse debeat fractioni propositae reiecto pariter factore differentiali dx

$$\frac{A + Bx + Cx^2 + Dx^3 + Ex^4 + Fx^5 + \text{etc.}}{1 + \alpha x + \beta x^2 + \gamma x^3 + \delta x^4 + \varepsilon x^5 + \text{etc.}},$$

convertatur haec pariter per divisionem in seriem infinitam, quae erit series recurrens

$$A - A\alpha x + A\alpha^2 x^2 - \quad A\alpha^3 x^3 + \text{etc.}$$
$$+ \; Bx - B\alpha x^2 + \quad B\alpha^2 x^3 -$$
$$- A\beta x^2 + 2A\alpha\beta x^3 -$$
$$+ Cx^2 - \quad B\beta x^3 +$$
$$- \quad A\gamma x^3 +$$
$$- \quad C\alpha x^3 +$$
$$+ \quad D x^3 -$$
$$-$$

Quodsi iam termini homologi inter se comparentur atque inter se aequales reddantur, obtinebuntur sequentes aequationes

$$P \quad + Q \quad + R \quad + S \quad + \text{etc.} = A,$$

$$Pp \; + Qq \; + Rr \; + Ss \; + \text{etc.} = A\alpha - B,$$

$$Pp^2 + Qq^2 + Rr^2 + Ss^2 + \text{etc.} = A(\alpha^2 - \beta) - B\alpha + C,$$

$$Pp^3 + Qq^3 + Rr^3 + Ss^3 + \text{etc.} = A(\alpha^3 - 2\alpha\beta + \gamma) - B(\alpha^2 - \beta) + C\alpha - D$$

$$\text{etc.}$$

Harum aequationum, quarum numerus quidem est infinitus, capiantur tot, quot habentur litterae determinandae P, Q, R etc., ex iisque earum valores more consueto definiantur.

12. Calculus hac methodo instituendus fit autem admodum prolixus, si plures habeantur litterae determinandae; attamen si a simplicioribus ad magis composita progrediamur, per inductionem certam non difficulter deprehendetur valores quaesitos sequenti modo expressum iri, ut sit

$$P = \frac{A - \frac{1}{p} B + \frac{1}{p^2} C - \frac{1}{p^3} D + \text{etc.}}{\left(1 - \frac{q}{p}\right)\left(1 - \frac{r}{p}\right)\left(1 - \frac{s}{p}\right)\left(1 - \frac{t}{p}\right) \text{etc.}},$$

$$Q = \frac{A - \frac{1}{q} B + \frac{1}{q^2} C - \frac{1}{q^3} D + \text{etc.}}{\left(1 - \frac{p}{q}\right)\left(1 - \frac{r}{q}\right)\left(1 - \frac{s}{q}\right)\left(1 - \frac{t}{q}\right) \text{etc.}},$$

$$R = \frac{A - \frac{1}{r} B + \frac{1}{r^2} C - \frac{1}{r^3} D + \text{etc.}}{\left(1 - \frac{p}{r}\right)\left(1 - \frac{q}{r}\right)\left(1 - \frac{s}{r}\right)\left(1 - \frac{t}{r}\right) \text{etc.}},$$

$$S = \frac{A - \frac{1}{s} B + \frac{1}{s^2} C - \frac{1}{s^3} D + \text{etc.}}{\left(1 - \frac{p}{s}\right)\left(1 - \frac{q}{s}\right)\left(1 - \frac{r}{s}\right)\left(1 - \frac{t}{s}\right) \text{etc.}}$$

$$\text{etc.}$$

Inductio haec, qua valores litterarum P, Q, R, S etc. eruimus, etsi est certissima, tamen non sine ingenti molestia atque loco α, β, γ etc. suos valores per p, q, r, s etc. expressos substituendo reperitur; quare, cum non cuique liceat hunc calculum repetere, alium modum faciliorem idem efficiendi proponamus, cuius simul in sequentibus amplior sit usus.

13. In hac methodo tantum ad unicum factorem $1 + px$ tanquam cognitum respicimus atque sine respectu ad reliquos factores simplices determinabimus valorem litterae P pro fractione simplici una $\frac{Pdx}{1+px}$. Pari deinceps ratione, qua una fractio simplex est inventa, reperientur reliquae omnes $\frac{Qdx}{1+qx}$, $\frac{Rdx}{1+rx}$ etc., quarum omnium summa aequetur formulae differentiali propositae. Discerpamus igitur formulam differentialem propositam

$$\frac{A + Bx + Cx^2 + Dx^3 + Ex^4 + \text{etc.}}{1 + \alpha x + \beta x^2 + \gamma x^3 + \delta x^4 + \text{etc.}} dx,$$

in cuius numeratore pauciores inesse ponimus dimensiones ipsius x quam in denominatore, discerpamus, inquam, hanc formulam in binas partes, quarum altera sit $= \frac{Pdx}{1+px}$; alterius vero denominator erit quotus, qui resultat, si ille denominator formulae propositae per $1 + px$ dividatur, id quod utique fieri potest, cum $1 + px$ sit factor illius denominatoris. Ponamus quotum ex hac divisione oriundum esse

$$1 + \mathfrak{a}x + \mathfrak{b}x^2 + \mathfrak{c}x^3 + \mathfrak{d}x^4 + \text{etc.},$$

in quo ergo maximus dimensionum numerus ipsius x unitate deficit ab illo, quem habet in denominatore primo $1 + \alpha x + \beta x^2 + \gamma x^3 + \delta x^4 + \text{etc.}$ Sit igitur altera pars praeter $\frac{Pdx}{1+px}$, in quam formula proposita resolvitur, haec

$$\frac{\mathfrak{A} + \mathfrak{B}x + \mathfrak{C}x^2 + \mathfrak{D}x^3 + \text{etc.}}{1 + \mathfrak{a}x + \mathfrak{b}x^2 + \mathfrak{c}x^3 + \mathfrak{d}x^4 + \text{etc.}} dx,$$

ubi ob eandem rationem in numeratore x pauciores habere debet dimensiones quam in denominatore.

14. Cum igitur summa harum duarum formularum

$$\frac{Pdx}{1+px} + \frac{\mathfrak{A} + \mathfrak{B}x + \mathfrak{C}x^2 + \mathfrak{D}x^3 + \text{etc.}}{1 + \mathfrak{a}x + \mathfrak{b}x^2 + \mathfrak{c}x^3 + \mathfrak{d}x^4 + \text{etc.}} dx$$

aequalis esse debeat formulae propositae

$$\frac{A + Bx + Cx^2 + Dx^3 + Ex^4 + \text{etc.}}{1 + \alpha x + \beta x^2 + \gamma x^3 + \delta x^4 + \varepsilon x^5 + \text{etc.}} dx,$$

primum ob denominatores aequales habebitur

$$\alpha = \mathfrak{a} + p, \qquad \mathfrak{a} = \alpha - p,$$
$$\beta = \mathfrak{b} + \mathfrak{a}p, \qquad \mathfrak{b} = \beta - \alpha p + p^2,$$
$$\gamma = \mathfrak{c} + \mathfrak{b}p, \qquad \mathfrak{c} = \gamma - \beta p + \alpha p^2 - p^3,$$
$$\delta = \mathfrak{d} + \mathfrak{c}p \qquad \mathfrak{d} = \delta - \gamma p + \beta p^2 - \alpha p^3 + p^4$$

etc.   etc.

Vel cum formulae

$$1 + \mathfrak{a}x + \mathfrak{b}x^2 + \mathfrak{c}x^3 + \mathfrak{d}x^4 + \text{etc.}$$

factores sint

$$(1 + qx)(1 + rx)(1 + sx) \text{ etc.},$$

fiet $\mathfrak{a}$ quantitatum q, r, s etc. summa, $\mathfrak{b}$ summa factorum ex binis, $\mathfrak{c}$ summa factorum ex ternis, $\mathfrak{d}$ ex quaternis et ita porro. Quamobrem valores litterarum $\mathfrak{a}$, $\mathfrak{b}$, $\mathfrak{c}$, $\mathfrak{d}$ etc. duplici modo cognoscuntur, primo scilicet ex coefficientibus α, β, γ, δ etc. ac deinde etiam ex factoribus $(1 + px)(1 + qx)(1 + rx)$ etc., in quos denominator $1 + \alpha x + \beta x^2 + \gamma x^3 + $ etc. resolvitur. Quodsi ergo praeter primum factorem $1 + px$, quem hic solum contemplamur, alii reliqui fuerint incogniti, priori modo, quo litteras $\mathfrak{a}$, $\mathfrak{b}$, $\mathfrak{c}$ etc. determinavimus, utendum erit.

15. Cum iam per additionem more solito absolvendam denominator summae congruens prodeat cum denominatore formulae propositae, superest, ut numeratores identicos reddamus. Fiet itaque

$$A = \qquad \mathfrak{A} + P, \qquad \mathfrak{A} = A - P,$$
$$B = \mathfrak{A}p + \mathfrak{B} + \mathfrak{a}P, \qquad \mathfrak{B} = B - Ap + P(p - \mathfrak{a}),$$
$$C = \mathfrak{B}p + \mathfrak{C} + \mathfrak{b}P, \qquad \mathfrak{C} = C - Bp + Ap^2 - P(p^2 - \mathfrak{a}p + \mathfrak{b}),$$
$$D = \mathfrak{C}p + \mathfrak{D} + \mathfrak{c}P, \qquad \mathfrak{D} = D - Cp + Bp^2 - Ap^3 + P(p^3 - \mathfrak{a}p^2 + \mathfrak{b}p - \mathfrak{c}),$$
$$E = \mathfrak{D}p + \mathfrak{E} + \mathfrak{d}P \qquad \mathfrak{E} = E - Dp + Cp^2 - Bp^3 + Ap^4 - P(p^4 - \mathfrak{a}p^3 + \mathfrak{b}p^2 - \mathfrak{c}p + \mathfrak{d})$$

etc.   etc.

Quoniam vero termini numeratoris $\mathfrak{A} + \mathfrak{B}x + \mathfrak{C}x^2 + $ etc. non in infinitum progrediuntur, sed ibi terminantur, ubi exponens ipsius x est unitate minor quam

maximus exponens in denominatore, in litteris $\mathfrak{A}$, $\mathfrak{B}$, $\mathfrak{C}$, $\mathfrak{D}$ etc. tandem per-
venietur ad evanescentem, postquam sequentes omnes evanescent; ac tum
valorem ipsius P definire licebit. Quo igitur valor ipsius P generatim deter-
minetur, ponamus successive numeratorem $\mathfrak{A} + \mathfrak{B}x + \mathfrak{C}x^2 + \mathfrak{D}x^3 +$ etc. nullo,
tum unico, post duobus, tribus, quatuor etc. terminis tantum constare erit-
que,

$$\text{si} \quad \mathfrak{A} = 0, \qquad P = A,$$

$$\mathfrak{B} = 0, \qquad P = \frac{Ap - B}{p - \mathfrak{a}},$$

$$\mathfrak{C} = 0, \qquad P = \frac{Ap^2 - Bp + C}{p^2 - \mathfrak{a}p + \mathfrak{b}},$$

$$\mathfrak{D} = 0, \qquad P = \frac{Ap^3 - Bp^2 + Cp - D}{p^3 - \mathfrak{a}p^2 + \mathfrak{b}p - \mathfrak{c}}.$$

$$\text{etc.}$$

Hinc facile concluditur fore generaliter, quotcunque affuerint dimensiones ip-
sius x,

$$P = \frac{A - \frac{1}{p}B + \frac{1}{p^2}C - \frac{1}{p^3}D + \frac{1}{p^4}E - \text{etc.}}{1 - \frac{1}{p}\mathfrak{a} + \frac{1}{p^2}\mathfrak{b} - \frac{1}{p^3}\mathfrak{c} + \frac{1}{p^4}\mathfrak{d} - \text{etc.}},$$

quae expressio perpetuo terminatur, si formula differentialis proposita finito
terminorum numero constet.

16. Numerator quidem huius fractionis, quam pro valore ipsius P in-
venimus, apprime convenit cum numeratore fractionis praecedenti modo § 12
pro eadem quantitate P inventae. At denominatores a se invicem discrepare
videntur; re autem propius perpensa apparebit summum inter utrosque esse
consensum. Sumamus enim denominatorem priorem

$$\left(1 - \frac{q}{p}\right)\left(1 - \frac{r}{p}\right)\left(1 - \frac{s}{p}\right)\left(1 - \frac{t}{p}\right) \text{ etc.}$$

atque patebit actuali multiplicatione eiusmodi prodituram esse expressionem

$$1 - \frac{\mathfrak{P}}{p} + \frac{\mathfrak{Q}}{p^2} - \frac{\mathfrak{R}}{p^3} + \frac{\mathfrak{S}}{p^4} - \frac{\mathfrak{T}}{p^5} + \text{etc.},$$

11*

in qua sit

$$\mathfrak{P} = \text{summae quantitatum } q, \ r, \ s, \ t \text{ etc.,}$$

$$\mathfrak{Q} = \text{summae factorum ex binis,}$$

$$\mathfrak{R} = \text{summae factorum ex ternis,}$$

$$\mathfrak{S} = \text{summae factorum ex quaternis}$$

etc.

Cum igitur expressio $1 + \mathfrak{a}x + \mathfrak{b}x^2 + \mathfrak{c}x^3 + \mathfrak{d}x^4 +$ etc. aequalis sit producto $(1 + qx)(1 + rx)(1 + sx)(1 + tx)$ etc. (§ 14), erit ob eandem rationem

$$\mathfrak{a} = \text{summae quantitatum } q, \ r, \ s, \ t \text{ etc.,}$$

$$\mathfrak{b} = \text{summae factorum ex binis,}$$

$$\mathfrak{c} = \text{summae factorum ex ternis,}$$

$$\mathfrak{d} = \text{summae factorum ex quaternis}$$

etc.

Consequenter erit

$$\mathfrak{P} = \mathfrak{a}, \quad \mathfrak{Q} = \mathfrak{b}, \quad \mathfrak{R} = \mathfrak{c}, \quad \mathfrak{S} = \mathfrak{d} \quad \text{etc.}$$

ideoque denominator prius inventus

$$\left(1 - \frac{q}{p}\right)\left(1 - \frac{r}{p}\right)\left(1 - \frac{s}{p}\right)\left(1 - \frac{t}{p}\right) \text{ etc.}$$

transmutabitur in sequentem

$$1 - \frac{1}{p}\mathfrak{a} + \frac{1}{p^2}\mathfrak{b} - \frac{1}{p^3}\mathfrak{c} + \frac{1}{p^4}\mathfrak{d} - \text{etc.,}$$

qui est ipse denominator modo posteriori erutus, qui adeo priori est aequalis.

17. Denominatorem hunc etiam poterimus exprimere per coefficientes $\alpha, \ \beta, \ \gamma, \ \delta$ etc., qui continentur in denominatore formulae differentialis propositae, eo quod supra (§ 14) per hos coefficientes valores litterarum $\mathfrak{a}, \ \mathfrak{b}, \ \mathfrak{c}, \ \mathfrak{d}, \ \mathfrak{e}$ etc. determinavimus. In hoc autem negotio nosse oportebit, ex quot omnino terminis constet expressio $1 - \frac{1}{p}\mathfrak{a} + \frac{1}{p^2}\mathfrak{b} - \frac{1}{p^3}\mathfrak{c} +$ etc. Ponamus ergo eam constare ex

terminis	erit valor ipsius expressionis
1	1
2	$2 - \dfrac{1}{p}\,\alpha$
3	$3 - \dfrac{2}{p}\,\alpha + \dfrac{1}{p^2}\,\beta$
4	$4 - \dfrac{3}{p}\,\alpha + \dfrac{2}{p^2}\,\beta - \dfrac{1}{p^3}\,\gamma$
5	$5 - \dfrac{4}{p}\,\alpha + \dfrac{3}{p^2}\,\beta - \dfrac{2}{p^3}\,\gamma + \dfrac{1}{p^4}\,\delta$
. . .	. . .
n	$n - \dfrac{(n-1)\alpha}{p} + \dfrac{(n-2)\beta}{p^2} - \dfrac{(n-3)\gamma}{p^3} + \dfrac{(n-4)\delta}{p^4} -$ etc.,

ubi numerus n indicat, quot sint termini in formula

$$1 + \alpha x + \beta x^2 + \gamma x^3 + \delta x^4 + \text{etc.,}$$

seu si forte qui termini desint, $n-1$ dat maximum ipsius x exponentem in denominatore formulae differentialis propositae. Cum autem $1 + px$ sit factor huius expressionis, ea, si loco x ponatur $-\dfrac{1}{p}$, evadet $= 0$, hoc est, erit

$$0 = 1 - \frac{\alpha}{p} + \frac{\beta}{p^2} - \frac{\gamma}{p^3} + \frac{\delta}{p^4} - \frac{\varepsilon}{p^5} + \text{etc.,}$$

quae ab illa n vicibus subtracta relinquit hanc expressionem

$$\frac{\alpha}{p} - \frac{2\beta}{p^2} + \frac{3\gamma}{p^3} - \frac{4\delta}{p^4} + \frac{5\varepsilon}{p^5} - \text{etc.,}$$

quae ergo est tertia expressio eandem denominatorem pro fractione ipsi P aequali suppeditans.

18. Si ergo proposita fuerit formula differentialis

$$\frac{A + Bx + Cx^2 + Dx^3 + Ex^4 + \text{etc.}}{1 + \alpha x + \beta x^2 + \gamma x^3 + \delta x^4 + \varepsilon x^5 + \text{etc.}}\,dx,$$

in cuius numeratore x pauciores habeat dimensiones quam in denominatore,

tum ea in tot formulas differentiales simplices logarithmicas resolvi poterit, quot unitates contineat maximus ipsius x dimensionum numerus in denominatore. Ad quas inveniendas ponamus denominatorem esse productum ex his factoribus

$$(1+px)(1+qx)(1+rx)(1+sx) \text{ etc.}$$

atque unusquisque factor unam suppeditabit fractionem simplicem; nempe ex factore $1+px$ orietur formula differentialis $\frac{Pdx}{1+px}$ eritque

$$P = \frac{A - \frac{1}{p}B + \frac{1}{p^2}C - \frac{1}{p^3}D + \frac{1}{p^4}E - \text{etc.}}{\left(1 - \frac{q}{p}\right)\left(1 - \frac{r}{p}\right)\left(1 - \frac{s}{p}\right)\left(1 - \frac{t}{p}\right) \text{ etc.}}$$

vel, quod eodem redit,

$$P = \frac{A - \frac{1}{p}B + \frac{1}{p^2}C - \frac{1}{p^3}D + \frac{1}{p^4}E - \text{etc.}}{\frac{1}{p}\alpha - \frac{2}{p^2}\beta + \frac{3}{p^3}\gamma - \frac{4}{p^4}\delta + \frac{5}{p^5}\varepsilon - \text{etc.}}.$$

Simili autem modo, quo hic ex factore $1+px$ formulam differentialem $\frac{Pdx}{1+px}$ invenimus, ex reliquis omnibus factoribus totidem formulae differentiales $\frac{Qdx}{1+qx}$, $\frac{Rdx}{1+rx}$, $\frac{Sdx}{1+sx}$ etc. reperientur. Quibus omnibus inventis erit formulae propositae differentialis integrale quaesitum

$$= \frac{P}{p}l(1+px) + \frac{Q}{q}l(1+qx) + \frac{R}{r}l(1+rx) + \frac{S}{s}l(1+sx) + \text{etc.}$$

tot constans membris logarithmicis, quot x in denominatore formulae propositae habet dimensiones.

19. Fieri autem nequit, ut horum membrorum ullum evanescat seu ut unquam fiat $P = 0$, nisi in ipsa formula differentiali proposita communis divisor numeratoris ac denominatoris existat. Quod ut clarius appareat, ponamus numeratorem fractionis valorem ipsius P exhibentis $= 0$, hoc est

$$A - \frac{1}{p}B + \frac{1}{p^2}C - \frac{1}{p^3}D + \text{etc.} = 0.$$

Haec autem expressio resultat ex numeratore formulae differentialis

$$A + Bx + Cx^2 + Dx^3 + \text{etc.}$$

ponendo $-\dfrac{1}{p}$ loco x; quare cum haec postrema expressio fiat $=0$ posito $-\dfrac{1}{p}$ loco x, sequitur $x+\dfrac{1}{p}$ seu $1+px$ eius divisorem esse; hocque casu, quo $P=0$, necesse est, ut numerator et denominator formulae differentialis propositae communem habeant divisorem. Contra autem facile evenire potest, ut valor ipsius P in infinitum excrescat evanescente denominatore

$$\left(1-\frac{q}{p}\right)\left(1-\frac{r}{p}\right)\left(1-\frac{s}{p}\right)\left(1-\frac{t}{p}\right) \text{ etc.},$$

quod eveniet, si inter reliquas litteras q, r, s, t etc. una pluresve reperiantur ipsi p aequales. Ponamus esse $p=q$ seu denominatorem $1+\alpha x+\beta x^2+$ etc. duos habere factores aequales; tum in utraque fractione $\dfrac{P\,dx}{1+px}$ et $\dfrac{Q\,dx}{1+qx}$ numerator in infinitum excrescet. Interim tamen integrale ipsum non erit infinitum ob bina ista infinita se destruentia, sed finitum atque adeo ad quantitatem algebraicam reducetur quantitas alias perpetuo a logarithmis pendens. Tradamus igitur modum illam integralis partem, quae a duobus factoribus aequalibus oritur, definiendi, cum ea ex praecedentibus formulis infinitis difficulter colligi queat.

20. Si igitur duo pluresve denominatoris factores inter se fuerint aequales, eos a se invicem disiungi non convenit, sed integralis membrum, quod ex illis coniunctim nascitur, peculiari modo est investigandum. Sint igitur duo denominatoris factores $(1+px)^2$ aequales atque ponamus formulam differentialem propositam

$$\frac{A+Bx+Cx^2+Dx^3+Ex^4+\text{etc.}}{1+\alpha x+\beta x^2+\gamma x^3+\delta x^4+\varepsilon x^5+\text{etc.}}\,dx$$

resolvi in has duas partes

$$\frac{\mathfrak{P}\,dx+\mathfrak{Q}x\,dx}{1+2px+ppxx}+\frac{\mathfrak{A}+\mathfrak{B}x+\mathfrak{C}x^2+\text{etc.}}{1+\mathfrak{a}x+\mathfrak{b}x^2+\mathfrak{c}x^3+\text{etc.}}\,dx;$$

erit primo, ut per additionem denominator propositus proveniat,

$$\alpha=\mathfrak{a}+2p, \qquad\qquad \mathfrak{a}=\alpha-2p,$$
$$\beta=\mathfrak{b}+2p\mathfrak{a}+pp, \qquad \mathfrak{b}=\beta-2\alpha p+3pp,$$
$$\gamma=\mathfrak{c}+2p\mathfrak{b}+pp\mathfrak{a}, \qquad \mathfrak{c}=\gamma-2\beta p+3\alpha pp-4p^3,$$
$$\delta=\mathfrak{d}+2p\mathfrak{c}+pp\mathfrak{b} \qquad \mathfrak{d}=\delta-2\gamma p+3\beta pp-4\alpha p^3+5p^4$$
$$\text{etc.} \qquad\qquad\qquad\qquad \text{etc.}$$

Deinde ut numerator propositus producatur, esse oportebit

$$A = \mathfrak{A} + \mathfrak{P},$$
$$B = \mathfrak{B} + 2\mathfrak{A}p + \mathfrak{Q} + \mathfrak{P}\mathfrak{a},$$
$$C = \mathfrak{C} + 2\mathfrak{B}p + \mathfrak{A}pp + \mathfrak{Q}\mathfrak{a} + \mathfrak{P}\mathfrak{b},$$
$$D = \mathfrak{D} + 2\mathfrak{C}p + \mathfrak{B}pp + \mathfrak{Q}\mathfrak{b} + \mathfrak{P}\mathfrak{c},$$
$$E = \mathfrak{E} + 2\mathfrak{D}p + \mathfrak{C}pp + \mathfrak{Q}\mathfrak{c} + \mathfrak{P}\mathfrak{d}$$

etc.

Ex his aequationibus vicissim elicientur valores litterarum $\mathfrak{A}$, $\mathfrak{B}$, $\mathfrak{C}$, $\mathfrak{D}$ etc. sequentes

$$\mathfrak{A} = A - \mathfrak{P},$$
$$\mathfrak{B} = B - 2Ap + \mathfrak{P}(2p - \mathfrak{a}) - \mathfrak{Q},$$
$$\mathfrak{C} = C - 2Bp + 3App - \mathfrak{P}(3p^2 - 2\mathfrak{a}p + \mathfrak{b}) + \mathfrak{Q}(2p - \mathfrak{a}),$$
$$\mathfrak{D} = D - 2Cp + 3Bpp - 4Ap^3 + \mathfrak{P}(4p^3 - 3\mathfrak{a}p^2 + 2\mathfrak{b}p - \mathfrak{c}) - \mathfrak{Q}(3pp - 2\mathfrak{a}p + \mathfrak{b})$$

etc.

Hae aequationes eousque sunt continuandae, donec in expressione

$$\mathfrak{A} + \mathfrak{B}x + \mathfrak{C}x^2 + \text{etc.},$$

quae finito constat terminorum numero, ad finem perveniatur; tum enim ob sequentes valores in serie litterarum $\mathfrak{A}$, $\mathfrak{B}$, $\mathfrak{C}$ etc. evanescentes statim occurrent duae aequationes, ex quibus coefficientes $\mathfrak{P}$ et $\mathfrak{Q}$ determinari poterunt.

21. Si ordine progrediamur ac primo $\mathfrak{A}$ et $\mathfrak{B}$, deinde $\mathfrak{B}$ et $\mathfrak{C}$, tum $\mathfrak{C}$ et $\mathfrak{D}$ etc. evanescentes ponamus, tum pro casibus particularibus valores litterarum $\mathfrak{P}$ et $\mathfrak{Q}$ invenimus, ex earum autem formis difficulter generales expressiones colligentur. Interim tamen alio modo satis concinne valores ipsarum $\mathfrak{P}$ et $\mathfrak{Q}$ determinari poterunt. Ponatur

$$\frac{A - \frac{1}{p}B + \frac{1}{p^2}C - \frac{1}{p^3}D + \text{etc.}}{\frac{1}{p} - \frac{1}{p^2}\mathfrak{a} + \frac{1}{p^3}\mathfrak{b} - \frac{1}{p^4}\mathfrak{c} + \text{etc.}} = V;$$

erit V functio ipsius p et quantitatum cognitarum A, B, C, D etc. et $\mathfrak{a}$, $\mathfrak{b}$, $\mathfrak{c}$, $\mathfrak{d}$ etc. Quodsi ergo quantitas haec V differentietur ponendo tantum p variabili, fiet $\frac{dV}{dp}$ quantitas algebraica eaque cognita. Iam dico valores ipsarum $\mathfrak{P}$ et $\mathfrak{Q}$ ita definiri, ut sit

$$\mathfrak{P} = \frac{dV}{dp} \quad \text{et} \quad \mathfrak{Q} = \frac{pp}{dp} d.\frac{V}{p} = \frac{p\,dV}{dp} - V.$$

Ad quas expressiones demonstrandas notari debet, cum in serie litterarum $\mathfrak{A}$, $\mathfrak{B}$, $\mathfrak{C}$, $\mathfrak{D}$ etc. ad evanescentes litteras fuerit perventum, tum binas eiusmodi prodituras esse aequationes

$$nAp^{n-1} - (n-1)Bp^{n-2} + (n-2)Cp^{n-3} - (n-3)Dp^{n-4} + \text{etc.}$$
$$= \mathfrak{P}\left(np^{n-1} - (n-1)\mathfrak{a}p^{n-2} + (n-2)\mathfrak{b}p^{n-3} - (n-3)\mathfrak{c}p^{n-4} + \text{etc.}\right)$$
$$- \mathfrak{Q}\left((n-1)p^{n-2} - (n-2)\mathfrak{a}p^{n-3} + (n-3)\mathfrak{b}p^{n-4} - (n-4)\mathfrak{c}p^{n-5} + \text{etc.}\right)$$

et

$$(n+1)Ap^{n} - nBp^{n-1} + (n-1)Cp^{n-2} - (n-2)Dp^{n-3} + \text{etc.}$$
$$= \mathfrak{P}\left((n+1)p^{n} - n\mathfrak{a}p^{n-1} + (n-1)\mathfrak{b}p^{n-2} - (n-2)\mathfrak{c}p^{n-3} + \text{etc.}\right)$$
$$- \mathfrak{Q}\left(np^{n-1} - (n-1)\mathfrak{a}p^{n-2} + (n-2)\mathfrak{b}p^{n-3} - (n-3)\mathfrak{c}p^{n-4} + \text{etc.}\right).$$

Ponatur iam

$$Ap^{n} - Bp^{n-1} + Cp^{n-2} - Dp^{n-3} + \text{etc.} = M,$$
$$p^{n-1} - \mathfrak{a}p^{n-2} + \mathfrak{b}p^{n-3} - \mathfrak{c}p^{n-4} + \text{etc.} = N$$

atque binae illae aequationes transibunt in has

$$\frac{dM}{dp} = \frac{\mathfrak{P}d.Np}{dp} - \frac{\mathfrak{Q}dN}{dp},$$
$$\frac{d.Mp}{dp} = \frac{\mathfrak{P}d.Np^{2}}{dp} - \frac{\mathfrak{Q}d.Np}{dp},$$

ex quibus elicitur

$$\mathfrak{Q} = \frac{\mathfrak{P}Ndp + \mathfrak{P}p\,dN - dM}{dN}$$

et

$$\mathfrak{Q} = \frac{2\mathfrak{P}Np\,dp + \mathfrak{P}p^{2}dN - Mdp - p\,dM}{Ndp + p\,dN}.$$

Atque ex harum comparatione oritur

$$\mathfrak{P} = \frac{N dM - M dN}{N^2 dp} = \frac{1}{dp} d.\frac{M}{N},$$

$$\mathfrak{Q} = -\frac{M}{N} + \frac{p(N dM - M dN)}{N^2 dp} = -\frac{M}{N} + \frac{p}{dp} d.\frac{M}{N}.$$

Ponatur iam $\frac{M}{N} = V$, ut sit

$$V = \frac{Ap^n - Bp^{n-1} + Cp^{n-2} - Dp^{n-3} + \text{etc.}}{p^{n-1} - \mathfrak{a}p^{n-2} + \mathfrak{b}p^{n-3} - \mathfrak{c}p^{n-4} + \text{etc.}},$$

erit, si numerator et denominator per p^n dividatur, prorsus ut ante assumsimus,

$$V = \frac{A - \frac{1}{p}B + \frac{1}{p^2}C - \frac{1}{p^3}D + \text{etc.}}{\frac{1}{p} - \frac{1}{p^2}\mathfrak{a} + \frac{1}{p^3}\mathfrak{b} - \frac{1}{p^4}\mathfrak{c} + \text{etc.}}.$$

Hocque adeo valore ipsius V assumto habebimus

$$\mathfrak{P} = \frac{dV}{dp} \quad \text{et} \quad \mathfrak{Q} = \frac{pdV}{dp} - V \quad \text{seu} \quad \mathfrak{P} = \frac{p}{dp}\cdot\frac{dV}{p}, \quad \mathfrak{Q} = \frac{pp}{dp}d.\frac{V}{p}.$$

22. Simili modo si formulae propositae

$$\frac{A + Bx + Cx^2 + Dx^3 + Ex^4 + \text{etc.}}{1 + \alpha x + \beta x^2 + \gamma x^3 + \delta x^4 + \varepsilon x^5 + \text{etc.}} dx$$

denominator habeat tres factores simplices aequales, ita ut sit divisibilis per $(1 + px)^3$, tum resolutio in duas istiusmodi partes fieri debet

$$\frac{\mathfrak{P}dx + \mathfrak{Q}x dx + \mathfrak{R}x^2 dx}{1 + 3px + 3p^2x^2 + p^3x^3} + \frac{\mathfrak{A} + \mathfrak{B}x + \text{etc.}}{1 + \mathfrak{a}x + \mathfrak{b}x^2 + \text{etc.}} dx;$$

ut iam summae denominator cum proposito congruat, oportebit esse

$$\mathfrak{a} = \alpha - 3p,$$

$$\mathfrak{b} = \beta - 3\alpha p + 6pp,$$

$$\mathfrak{c} = \gamma - 3\beta p + 6\alpha pp - 10p^3,$$

$$\mathfrak{d} = \delta - 3\gamma p + 6\beta pp - 10\alpha p^3 + 15p^4$$

$$\text{etc.}$$

Numeratorum autem identitas dabit has aequationes

$$A = \mathfrak{A} + \mathfrak{P},$$
$$B = \mathfrak{B} + 3\mathfrak{A}p + \mathfrak{Q} + \mathfrak{P}\mathfrak{a},$$
$$C = \mathfrak{C} + 3\mathfrak{B}p + 3\mathfrak{A}p^2 + \mathfrak{R} + \mathfrak{Q}\mathfrak{a} + \mathfrak{P}\mathfrak{b},$$
$$D = \mathfrak{D} + 3\mathfrak{C}p + 3\mathfrak{B}p^2 + \mathfrak{A}p^3 + \mathfrak{R}\mathfrak{a} + \mathfrak{Q}\mathfrak{b} + \mathfrak{P}\mathfrak{c},$$
$$E = \mathfrak{E} + 3\mathfrak{D}p + 3\mathfrak{C}p^2 + \mathfrak{B}p^3 + \mathfrak{R}\mathfrak{b} + \mathfrak{Q}\mathfrak{c} + \mathfrak{P}\mathfrak{d}$$

etc.

Hincque vicissim sequentes valores pro litteris $\mathfrak{A}$, $\mathfrak{B}$, $\mathfrak{C}$, $\mathfrak{D}$ etc. eliciuntur

$$\mathfrak{A} = A - \mathfrak{P},$$
$$\mathfrak{B} = B - 3Ap + \mathfrak{P}(3p - \mathfrak{a}) - \mathfrak{Q},$$
$$\mathfrak{C} = C - 3Bp + 6Ap^2 - \mathfrak{P}(6pp - 3\mathfrak{a}p + \mathfrak{b}) + \mathfrak{Q}(3p - \mathfrak{a}) - \mathfrak{R},$$
$$\mathfrak{D} = D - 3Cp + 6Bp^2 - 10Ap^3 + \mathfrak{P}(10p^3 - 6\mathfrak{a}p^2 + 3\mathfrak{b}p - \mathfrak{c})$$
$$- \mathfrak{Q}(6pp - 3\mathfrak{a}p + \mathfrak{b}) + \mathfrak{R}(3p - \mathfrak{a})$$

etc.

Ponatur iam, ut ante fecimus,

$$Ap^n - Bp^{n-1} + Cp^{n-2} - Dp^{n-3} + \text{etc.} = M$$

et

$$p^{n-2} - \mathfrak{a}p^{n-3} + \mathfrak{b}p^{n-4} - \mathfrak{c}p^{n-5} + \text{etc.} = N;$$

erit, ubi ad valores evanescentes pervenitur,

$$ddM \quad - \mathfrak{P}dd.Np^2 + \mathfrak{Q}dd.Np - \mathfrak{R}ddN \quad = 0,$$
$$dd.Mp - \mathfrak{P}dd.Np^3 + \mathfrak{Q}dd.Np^2 - \mathfrak{R}dd.Np = 0,$$
$$dd.Mp^2 - \mathfrak{P}dd.Np^4 + \mathfrak{Q}dd.Np^3 - \mathfrak{R}dd.Np^2 = 0$$

posito in duplici differentiatione dp constante.

Quodsi iam ponatur $\frac{M}{N} = V$, ita ut sit

$$V = \frac{A - \frac{1}{p}B + \frac{1}{p^2}C - \frac{1}{p^3}D + \text{etc.}}{\frac{1}{p^2} - \frac{\mathfrak{a}}{p^3} + \frac{\mathfrak{b}}{p^4} - \frac{\mathfrak{c}}{p^5} + \text{etc.}},$$

12*

reperientur sequentes valores pro $\mathfrak{P}$, $\mathfrak{Q}$ et $\mathfrak{R}$:

$$\mathfrak{P} = \frac{ddV}{2\,dp^2} = \frac{p}{2\,dp^2} \cdot \frac{ddV}{p},$$

$$\mathfrak{Q} = \frac{p\,ddV}{dp^2} - \frac{dV}{dp} = \frac{pp}{dp^2}\,d.\,\frac{dV}{p},$$

$$\mathfrak{R} = \frac{pp\,ddV}{2\,dp^2} - \frac{p\,dV}{dp} + V = \frac{p^3}{2\,dp^2}\,dd.\,\frac{V}{p}.$$

23. Haec iam sufficiunt ad legem cognoscendam, cuius beneficio resolutio formulae propositae in duas partes absolvi debeat, si denominator quotcunque habeat factores simplices aequales. Quae lex ut facilius perspiciatur, repetamus breviter, quae hactenus sunt tradita. Sitque proposita haec formula

$$\frac{A + Bx + Cx^2 + Dx^3 + Ex^4 + \text{etc.}}{1 + \alpha x + \beta x^2 + \gamma x^3 + \delta x^4 + \varepsilon x^5 + \text{etc.}}\,dx,$$

cuius integrale requiritur, in cuius numeratore x pauciores habeat dimensiones quam in denominatore, sitque denominatoris factor aliquis $1 + px$. Quodsi iam hic factor $1 + px$ alium non habeat sui aequalem, ex ipso integralis quaesiti pars reperietur

$$\int \frac{\mathfrak{P}\,dx}{1 + px},$$

in quo coefficiens $\mathfrak{P}$ ita determinabitur. Dividatur primo denominator $1 + \alpha x + \beta x^2 + \gamma x^3 + \text{etc.}$ per $1 + px$ sitque quotus $= 1 + \mathfrak{a}x + \mathfrak{b}x^2 + \mathfrak{c}x^3 + \text{etc.}$ Tum ponatur

$$\frac{A - \dfrac{1}{p}B + \dfrac{1}{p^2}C - \dfrac{1}{p^3}D + \text{etc.}}{1 - \dfrac{1}{p}\mathfrak{a} + \dfrac{1}{p^2}\mathfrak{b} - \dfrac{1}{p^3}\mathfrak{c} + \text{etc.}} = V$$

eritque $\mathfrak{P} = p\dfrac{V}{p}$ atque integrale ex factore $1 + px$ ortum erit

$$p\,\frac{V}{p}\int \frac{dx}{1 + px} = \frac{V}{p}\,l(1 + px);$$

hocque modo ex singulis denominatoris factoribus simplicibus respondentes integralis partes eruantur, quae simul sumtae totum integrale quaesitum praebebunt.

24. Quodsi autem denominator duos factores simplices habeat aequales seu $(1+px)^2$ factor fuerit denominatoris, tum ex hoc factore quadrato integralis pars inveniri debet, quae erit huiusmodi

$$\int \frac{\mathfrak{P}\,dx + \mathfrak{Q}\,x\,dx}{(1+px)^2},$$

in qua coefficientes $\mathfrak{P}$ et $\mathfrak{Q}$ hoc modo reperientur. Dividatur denominator $1 + \alpha x + \beta x^2 +$ etc. per $(1+px)^2$ sitque quotus $= 1 + \mathfrak{a}x + \mathfrak{b}x^2 + \mathfrak{c}x^3 +$ etc. Tum ponatur

$$\frac{A - \frac{1}{p}B + \frac{1}{p^2}C - \frac{1}{p^3}D + \text{etc.}}{\frac{1}{p} - \frac{1}{p^2}\mathfrak{a} + \frac{1}{p^3}\mathfrak{b} - \frac{1}{p^4}\mathfrak{c} + \text{etc.}} = V;$$

erit V functio ipsius p, quae differentietur more consueto ponendo tantum p variabile, fietque

$$\mathfrak{P} = \frac{p}{1\,dp} \cdot \frac{dV}{p},$$

$$\mathfrak{Q} = \frac{pp}{1\,dp} d \cdot \frac{V}{p}.$$

Atque integrale ex factore $(1+px)^2$ oriundum erit

$$\frac{p}{1\,dp} d \cdot \frac{V}{p} \cdot \int \frac{dx}{1+px} + p \frac{V}{pp} \int \frac{dx}{(1+px)^2}$$

seu

$$\frac{1}{1\,dp} d \cdot \frac{V}{p} \cdot l(1+px) - \frac{V}{pp} \cdot \frac{1}{1+px}.$$

25. Habeat denominator tres factores simplices aequales seu sit $(1+px)^3$ eius divisor; tum ex hoc toto factore quaeratur integralis pars, quae sit

$$\int \frac{\mathfrak{P}\,dx + \mathfrak{Q}\,x\,dx + \mathfrak{R}\,x^2\,dx}{(1+px)^3}.$$

Coefficientes autem $\mathfrak{P}$, $\mathfrak{Q}$ et $\mathfrak{R}$ hoc modo definientur. Dividatur denominator $1 + \alpha x + \beta x^2 + \gamma x^3 +$ etc. per $(1+px)^3$ sitque quotus $1 + \mathfrak{a}x + \mathfrak{b}x^2 + \mathfrak{c}x^3 +$ etc. Tum ponatur

$$\frac{A - \frac{1}{p}B + \frac{1}{p^2}C - \frac{1}{p^3}D + \text{etc.}}{\frac{1}{p^2} - \frac{1}{p^3}\mathfrak{a} + \frac{1}{p^4}\mathfrak{b} - \frac{1}{p^5}\mathfrak{c} + \text{etc.}} = V;$$

ex hoc ipsius V valore cognito erit

$$\mathfrak{P} = \frac{p}{1 \cdot 2\, dp^2} \cdot \frac{dd\, V}{p},$$

$$\mathfrak{Q} = \frac{2p^2}{1 \cdot 2\, dp^2}\, d \cdot \frac{d\, V}{p},$$

$$\mathfrak{R} = \frac{p^3}{1 \cdot 2\, dp^2}\, dd \cdot \frac{V}{p}.$$

Atque integralis quaesiti membrum ex factore hoc $(1 + px)^3$ oriundum erit

$$\frac{p}{1 \cdot 2\, dp^2}\, dd \cdot \frac{V}{p} \cdot \int \frac{dx}{1+px} + \frac{p}{1\, dp}\, d \cdot \frac{V}{p^2} \cdot \int \frac{dx}{(1+px)^2} + p\, \frac{V}{p^3} \int \frac{dx}{(1+px)^3}$$

seu

$$\frac{dd \cdot \dfrac{V}{p}}{1 \cdot 2\, dp^2}\, l(1 + px) - \frac{d \cdot \dfrac{V}{p^2}}{1\, dp} \cdot \frac{1}{1+px} - \frac{V}{p^3} \cdot \frac{1}{2(1+px)^2}.$$

26. Habeat denominator formulae differentialis propositae quatuor factores simplices inter se aequales, ita ut $(1 + px)^4$ sit eius divisor; tum ex toto hoc factore quaeratur integralis pars

$$\int \frac{\mathfrak{P}\, dx + \mathfrak{Q}\, x\, dx + \mathfrak{R}\, x^2\, dx + \mathfrak{S}\, x^3\, dx}{(1 + px)^4},$$

ubi coefficientes $\mathfrak{P}$, $\mathfrak{Q}$, $\mathfrak{R}$ et $\mathfrak{S}$ hoc modo determinabuntur. Dividatur denominator propositus $1 + \alpha x + \beta x^2 + \gamma x^3 + $ etc. per $(1 + px)^4$ sitque quotus $1 + \mathfrak{a}x + \mathfrak{b}x^2 + \mathfrak{c}x^3 + $ etc. Tum ponatur

$$\frac{A - \dfrac{1}{p} B + \dfrac{1}{p^2} C - \dfrac{1}{p^3} D + \text{etc.}}{\dfrac{1}{p^3} - \dfrac{1}{p^4}\, \mathfrak{a} + \dfrac{1}{p^5}\, \mathfrak{b} - \dfrac{1}{p^6}\, \mathfrak{c} + \text{etc.}} = V.$$

Atque ex hoc ipsius V valore cognito erit

$$\mathfrak{P} = \frac{p}{1 \cdot 2 \cdot 3\, dp^3} \cdot \frac{d^3\, V}{p},$$

$$\mathfrak{Q} = \frac{3p^2}{1 \cdot 2 \cdot 3\, dp^3}\, d \cdot \frac{dd\, V}{p},$$

$$\mathfrak{R} = \frac{3p^3}{1 \cdot 2 \cdot 3\, dp^3}\, dd \cdot \frac{d\, V}{p},$$

$$\mathfrak{S} = \frac{p^4}{1 \cdot 2 \cdot 3\, dp^3}\, d^3 \cdot \frac{V}{p}.$$

Hinc integralis membrum ex factore $(1 + px)^4$ oriundum erit

$$\frac{p}{1 \cdot 2 \cdot 3 \, dp^3} d^3 \cdot \frac{V}{p} \cdot \int \frac{dx}{1+px} + \frac{p}{1 \cdot 2 \, dp^2} d^2 \cdot \frac{V}{pp} \cdot \int \frac{dx}{(1+px)^2}$$

$$+ \frac{p}{1 \, dp} d \cdot \frac{V}{p^3} \cdot \int \frac{dx}{(1+px)^3} + p \frac{V}{p^4} \int \frac{dx}{(1+px)^4}.$$

27. Perspicitur hinc duplex lex, altera, quam valores coefficientium assumtorum $\mathfrak{P}$, $\mathfrak{Q}$, $\mathfrak{R}$ etc. inter se tenent, altera vero, quam formulae integrales ipsae observant; atque ex utraque integralis quaesiti membrum id poterit definiri, quod oritur ex potestate quacunque factoris cuiuspiam simplicis $1 + px$. Sufficit autem alteram tantum legem notasse, cum altera ex altera sequatur; ac posterior quidem non solum facilior videtur, verum etiam maiorem praestat utilitatem, cum ex ea statim integrale formari queat. Probe autem cavendum est, ne vera variabilis x cum variabili assumtitia p confundatur; nam in formula differentiali proposita unica inest variabilis x, praeter quam omnes reliquae quantitates non excepta p sunt constantes et in integratione qua tales tractantur; quando vero coefficientes per se quidem constantes investigantur, tum vera variabilis x non amplius in computum ducitur, sed investigatio per meras constantes absolvitur. In hoc autem opere ingens nanciscimur subsidium ad coefficientes determinandos ope differentiationis, ubi quantitatem V tanquam functionem variabilis p consideramus eamque differentiamus semel, bis pluriesve ponendo dp constans. Est adeo haec differentiatio tantum operatio subsidiaria, quae ad coefficientes indagandos suscipitur; qui quam primum fuerint inventi, tum rursus quantitas p tanquam constans tractatur et integrale more consueto expressum exhibetur.

28. Unicam difficultatem, quae saepenumero maximam molestiam parere posset, hic adhuc removere possumus, quo ipso calculus mirum in modum contrahetur. Haec autem difficultas versatur in inventione seriei

$$1 + \mathfrak{a}x + \mathfrak{b}x^2 + \mathfrak{c}x^3 + \mathfrak{d}x^4 + \text{etc.},$$

quae resultat, si denominator $1 + \alpha x + \beta x^2 + \gamma x^3 + \text{etc.}$ vel per $1 + px$ vel per $(1 + px)^2$ vel per $(1 + px)^3$ vel etc. dividatur. Facilior igitur calculus reddetur, si pro quovis casu in valore ipsius V loco litterarum $\mathfrak{a}$, $\mathfrak{b}$, $\mathfrak{c}$ etc. earum valores per α, β, γ etc. substituamus, qui cum sint sponte cogniti, in-

ventione litterarum $\mathfrak{a}$, $\mathfrak{b}$, $\mathfrak{c}$, $\mathfrak{d}$ etc. supersedere poterimus. Casu igitur primo § 23 pertractato, quo denominator $1 + \alpha x + \beta x^2 + \gamma x^3 +$ etc. semel tantum divisorem $1 + px$ admittit, erit

$$V = \frac{A - \frac{1}{p}B + \frac{1}{p^2}C - \frac{1}{p^3}D + \text{etc.}}{\frac{\alpha}{p} - \frac{2\beta}{p^2} + \frac{3\gamma}{p^3} - \frac{4\delta}{p^4} + \text{etc.}}$$

(§ 18); quae operatio ut adhuc brevius absolvi queat, ponatur in formula differentiali proposita

$$\frac{A + Bx + Cx^2 + Dx^3 + Ex^4 + \text{etc.}}{1 + \alpha x + \beta x^2 + \gamma x^3 + \delta x^4 + \varepsilon x^5 + \text{etc.}} dx$$

numerator

$$A + Bx + Cx^2 + Dx^3 + \text{etc.} = P$$

et denominator

$$1 + \alpha x + \beta x^2 + \gamma x^3 + \text{etc.} = Q;$$

erit $V = \frac{Pp\,dx}{dQ}$ posito $-\frac{1}{p}$ loco x; quo facto obtinebit V eum ipsum valorem per p expressum, qui ipsi convenit pro casu, quo $1 + px$ est factor denominatoris Q; ex hocque factore integralis quaesiti pars oritur haec $\frac{V}{p}\int\frac{p\,dx}{1+px}$.

29. Si denominator Q factorem habeat $(1 + px)^2$, tum sumatur

$$V = \frac{1 \cdot 2\,Pp^3 dx^2}{ddQ}$$

ponendo in differentiatione ipsius Q x variabile et dx constans tumque loco x scribendo $-\frac{1}{p}$; quo facto V fiet functio ipsius p, quae proin posita hac p variabili differentiari poterit. Erit autem integralis quaesiti membrum ex factore $(1 + px)^2$ oriundum

$$\frac{d \cdot \frac{V}{p}}{1\,dp}\int\frac{p\,dx}{1+px} + \frac{V}{p^2}\int\frac{p\,dx}{(1+px)^2}.$$

Sin denominator Q factorem habeat $(1 + px)^3$, tum sumatur

$$V = \frac{1 \cdot 2 \cdot 3\,Pp^5 dx^3}{d^3 Q};$$

ubi primo in differentiatione ipsius $Q = 1 + \alpha x + \beta x^2 + \gamma x^3 +$ etc. ponatur x variabile et in sequentibus differentiationibus dx constans; tum fiat $x = -\dfrac{1}{p}$, ut prodeat V functio ipsius p deinceps differentianda posito p variabili. Atque integralis quaesiti pars ex factore $(1 + px)^3$ oriunda erit

$$\frac{dd.\frac{V}{p}}{1 \cdot 2\,dp^2} \int \frac{p\,dx}{1+px} + \frac{d.\frac{V}{p^2}}{1\,dp} \int \frac{p\,dx}{(1+px)^2} + \frac{V}{p^3} \int \frac{p\,dx}{(1+px)^3}.$$

Si denominator Q factorem habeat $(1+px)^4$, tum sumatur

$$V = \frac{1 \cdot 2 \cdot 3 \cdot 4\, P p^7 dx^4}{d^4 Q}$$

et servatis iisdem circa differentiationes legibus erit integralis portio ex denominatoris factore $(1 + px)^4$ oriunda

$$= \frac{d^3.\frac{V}{p}}{1 \cdot 2 \cdot 3\,dp^3} \int \frac{p\,dx}{1+px} + \frac{d^2.\frac{V}{p^2}}{1 \cdot 2\,dp^2} \int \frac{p\,dx}{(1+px)^2} + \frac{d.\frac{V}{p^3}}{1\,dp} \int \frac{p\,dx}{(1+px)^3} + \frac{V}{p^4} \int \frac{p\,dx}{(1+px)^4}$$

sicque ulterius, quousque libuerit, progredi licebit.

30. Generatim igitur, quae hactenus sunt tradita, huc redeunt. Si proposita sit formula differentialis rationalis

$$\frac{A + Bx + Cx^2 + Dx^3 + Ex^4 + \text{etc.}}{1 + \alpha x + \beta x^2 + \gamma x^3 + \delta x^4 + \varepsilon x^5 + \text{etc.}}\, dx,$$

in qua variabilis x pauciores habeat dimensiones in numeratore quam in denominatore, huiusque integrale quaeratur, dico integrale ex tot compositum fore partibus, quot denominator contineat factores simplices a se invicem diversos. Atque ex quolibet factore denominatoris simplici eiusque potentia quacunque pars integralis quaesiti sequenti modo investigatur. Sit $(1 + px)^n$ factor seu divisor denominatoris. Atque ponatur brevitatis gratia

numerator $A + Bx + Cx^2 + Dx^3 + \text{etc.} = P,$

denominator $1 + \alpha x + \beta x^2 + \gamma x^3 + \text{etc.} = Q.$

Tum continuo differentiando denominatorem Q posito x variabili et dx constanti capiatur

$$V = \frac{Pp^{2n-1}dx^n}{d^nQ}$$

vel, quod idem est,

$$V = \frac{Pp^{n-1}(1+px)^n}{1 \cdot 2 \cdot 3 \cdots nQ}$$

ac fiat postea $x = -\frac{1}{p}$, ut exeat ex hac expressione x maneatque V functio ipsius p et constantium; quae deinceps differentietur ponendo p variabile et dp constans. Quo facto ex factore $(1+px)^n$ nascetur integralis quaesiti ista pars

$$\frac{nd^{n-1}\cdot\frac{V}{p}}{dp^{n-1}} \int \frac{pdx}{1+px} + \frac{n(n-1)d^{n-2}\cdot\frac{V}{p^2}}{dp^{n-2}} \int \frac{pdx}{(1+px)^2} + \frac{n(n-1)(n-2)d^{n-3}\cdot\frac{V}{p^3}}{dp^{n-3}} \int \frac{pdx}{(1+px)^3}$$

$$+ \frac{n(n-1)(n-2)(n-3)d^{n-4}\cdot\frac{V}{p^4}}{dp^{n-4}} \int \frac{pdx}{(1+px)^4} + \text{etc.},$$

quae tot constabit membris, quot n continet unitates.

31. Habemus hic valorem ipsius V duplici modo expressum, quorum eo, qui commodior visus fuerit, uti conveniet. Si quidem denominator Q iam fuerit in suos factores resolutus, tum expediet uti modo posteriori, quo est

$$V = \frac{Pp^{n-1}(1+px)^n}{1 \cdot 2 \cdot 3 \cdots nQ};$$

tum enim statim fiet $\frac{Q}{(1+px)^n}$ quantitas integra, eo, quod denominatorem Q divisibilem esse ponimus per $(1+px)^n$. Quod autem diximus invento hoc modo valore ipsius V loco x poni debere $-\frac{1}{p}$, hic probe cavendum est, ne loco p numerum determinatum scribendo contra institutum peccemus ac talem pro V expressionem obtineamus, quae differentiari nequeat. Quamobrem etsi revera p eam quantitatem determinatam denotat, quae reddat $(1+px)^n$ divisorem denominatoris Q, tamen loco $-\frac{1}{x}$ non illa quantitas determinata, sed potius character p, quasi adhuc esset incognitus, indeterminate substitui debet, quem etiam tamdiu retinebit, donec per differentiationem singuli integralis coefficientes fuerint reperti.

Quod ut clarius ob oculos ponatur, sit integranda ista formula differentialis

$$\frac{x\,dx}{(1-x)^3(1+x)^2(1+2x)}.$$

Erit ergo $P = x$ et $Q = (1-x)^3(1+x)^2(1+2x)$ atque integrale ex tribus constabit partibus, quae ex tribus factoribus $(1-x)^3$, $(1+x)^2$ et $1+2x$ reperientur.

Sumatur primum factor $(1-x)^3$, ex quo est $p = -1$, quem autem valorem tum demum loco p substituemus, cum omnes coefficientes fuerint determinati. Erit ergo $n = 3$ et $\frac{Q}{(1+px)^3} = (1+x)^2(1+2x)$, ex quo fit

$$V = \frac{p^2 x}{6(1+x)^2(1+2x)} = \frac{-p^4}{6(p-1)^2(p-2)}.$$

Hinc erit

$$\frac{V}{p^3} = \frac{-p}{6(p-1)^2(p-2)} \quad \text{et} \quad \frac{6\,V}{p^3} = \frac{-p}{p^3 - 4pp + 5p - 2},$$

$$\frac{6\,d.\frac{V}{p^2}}{dp} = \frac{p^3 + pp - 4p}{(p-1)^3(p-2)^2} \quad \text{itemque} \quad \frac{3\,V}{p} = \frac{-p^3}{2(p-1)^2(p-2)},$$

unde erit

$$\frac{3}{dp}d.\frac{V}{p} = \frac{2p^3 - 3pp}{(p-1)^3(p-2)^2} \quad \text{atque} \quad \frac{3}{dp^2}d^2.\frac{V}{p} = \frac{-4p^4 + 7p^3 + 6pp - 12p}{(p-1)^4(p-2)^3}.$$

Cum nunc sit $p = -1$, erit

$$\frac{3}{dp^2}d^2.\frac{V}{p} = \frac{-7}{16\cdot27}, \quad \frac{6}{dp}d.\frac{V}{p^2} = \frac{-4}{8\cdot9}, \quad 6\frac{V}{p^3} = \frac{-1}{4\cdot3}$$

atque integrale ex factore $(1-x)^3$ oriundum erit

$$\frac{7}{16\cdot27}\int\frac{dx}{1-x} + \frac{4}{8\cdot9}\int\frac{dx}{(1-x)^2} + \frac{1}{4\cdot3}\int\frac{dx}{(1-x)^3}$$

$$= \frac{7}{16\cdot27}\,l\,\frac{1}{1-x} + \frac{4}{8\cdot9}\cdot\frac{1}{1-x} + \frac{1}{8\cdot3(1-x)^2}.$$

Porro sumatur factor $(1+x)^2$; erit $n = 2$ et $p = 1$ atque

$$V = \frac{px}{2(1-x)^3(1+2x)} = \frac{-p^4}{2(p+1)^3(p-2)}.$$

13*

Hinc est

$$2\frac{V}{pp} = \frac{-pp}{(p+1)^3(p-2)} = \frac{1}{8}$$

posito $p = 1$ ac

$$\frac{2}{dp}\, d.\frac{V}{p} = \frac{p^4 - 2p^3 + 6pp}{(p+1)^4(p-2)^2} = \frac{5}{16}$$

posito $p = 1$. Ergo ex denominatoris factore $(1+x)^2$ nascitur integralis pars haec

$$\frac{5}{16}\int\frac{dx}{1+x} + \frac{1}{8}\int\frac{dx}{(1+x)^2} = \frac{5}{16}\,l(1+x) - \frac{1}{8(1+x)}.$$

Denique ex factore $1+2x$ fit $n = 1$ et $p = 2$ oriturque

$$V = \frac{x}{(1-x)^3(1+x)^2} = \frac{-p^4}{(p+1)^3(p-1)^2},$$

et quia nulla differentiatione opus est, ponatur $p = 2$; fiet

$$\frac{V}{p} = \frac{-8}{27}$$

et integralis pars ex factore $1+2x$ oriunda erit

$$= \frac{-8}{27}\int\frac{2\,dx}{1+2x} = \frac{-8}{27}\,l(1+2x).$$

Ex his itaque formulae differentialis huius

$$\frac{x\,dx}{(1-x)^3(1+x)^2(1+2x)}$$

integrale completum colligitur esse

$$\frac{7}{16\cdot 27}\,l\frac{1}{1-x} + \frac{5}{16}\,l(1+x) + \frac{8}{27}\,l\frac{1}{1+2x} + \frac{1}{18(1-x)} + \frac{1}{24(1-x)^2} - \frac{1}{8(1+x)} + \text{Const.}$$

32. Ex his igitur dilucide perspicitur, quibus operationibus cuiuscunque formulae differentialis, dummodo sit rationalis, integrale inveniri oporteat.

Primum enim si denominator formulae propositae fuerit divisibilis per x vel eius potestatem quamcunque, tum docuimus formulam in duas partes discerpere, quarum altera integrationem sponte admittat habens pro denominatore

illam ipsam potestatem ipsius x, altera pars autem habeat denominatorem non amplius divisibilem per x, quae adeo reducetur ad hanc formam

$$\frac{A + Bx + Cx^2 + Dx^3 + Ex^4 + \text{etc.}}{1 + \alpha x + \beta x^2 + \gamma x^3 + \delta x^4 + \text{etc.}} dx,$$

in cuius integrale inquiri oporteat.

Secundo videndum est, utrum in hac forma variabilis x in numeratore tot vel plures habeat dimensiones quam in denominatore an pauciores. Nam si tot habeat vel plures dimensiones, tum iterum formula differentialis in duas partes discerpi poterit, quarum altera sit nullo negotio integrabilis, altera autem habitura sit in numeratore pauciores dimensiones ipsius x quam in denominatore; quae ideo erit istiusmodi

$$\frac{A + Bx + Cx^2 + Dx^3 + Ex^4 + \text{etc.}}{1 + \alpha x + \beta x^2 + \gamma x^3 + \delta x^4 + \varepsilon x^5 + \text{etc.}},$$

in qua fractione variabilis x in denominatore plures habeat dimensiones quam in numeratore.

Tertio ergo tota integrandi difficultas reducitur ad integrationem istiusmodi formularum; ad quam absolvendam oportet denominatorem

$$1 + \alpha x + \beta x^2 + \gamma x^3 + \delta x^4 + \varepsilon x^5 + \text{etc.}$$

in suos factores simplices singulos huius formae $1 + px$ resolvere, quorum unusquisque modo exposito tractatus dabit unam integralis quaesiti partem, ita ut singulis his partibus, quae ex singulis denominatoris factoribus oriuntur, colligendis obtineatur integrale quaesitum. In hoc autem negotio molestiam facessit, si duo pluresve istorum factorum simplicium fuerint inter se aequales; huic vero incommodo remedium attulimus, dum docuimus, quomodo ex factoribus aequalibus coniunctis integralis pars ex ipsis oriunda inveniri debeat. Unicum autem incommodum adhuc saepenumero accedit, quod in hoc consistit, ut, quoties denominator habeat factores imaginarios, toties integralis partes ex iis oriundae fiant quoque imaginariae; quae etsi coniunctim sumtae quantitatem realem praebent, tamen ea ex imaginariis non tam liquido appareat. Quamobrem operam dabimus, ut integrale ab imaginariis omnino liberum ac solis quantitatibus realibus expressum exhibeamus.

33. Dubium enim est nullum, quin formulae differentialis realis integrale pariter sit reale; namque integrale nil aliud est nisi summa omnium valorum differentialium formulae propositae a minimo ipsius x valore ad maximum continuo progredientium; qui cum sint omnes reales, necesse est, ut etiam eorum summa, hoc est integrale, sit quantitas realis. Quocirca etiam si denominator formulae differentialis habeat factores imaginarios, qui proinde integralis partes producant imaginarias, tamen totum integrale speciem tantum imaginarii prae se feret atque re ipsa erit quantitas realis. Ita vidimus integrale huius formulae $\frac{dx}{1+xx}$, si denominator $1 + xx$ in suos factores simplices imaginarios $1 + x\sqrt{-1}$ et $1 - x\sqrt{-1}$ resolvatur, componi ex duobus logarithmis imaginariis $\frac{1}{2\sqrt{-1}} l(1 + x\sqrt{-1}) - \frac{1}{2\sqrt{-1}} l(1 - x\sqrt{-1})$, qui autem simul sumti reducuntur ad quadraturam circuli, ita ut integrale sit arcus circuli, cuius tangens est $= x$ posito radio $= 1$. Cum igitur quilibet factor simplex imaginarius in integrale inferat logarithmum imaginarium, iure concludimus cunctos hos logarithmos imaginarios simul sumtos ad quadraturam circuli aliusve curvae redire, quae eorum loco substituta integrali formam realem inducat. Demonstrabimus autem omnes logarithmos imaginarios, cuiuscunque demum sint formae, dummodo quantitatem realem referant, ad quadraturam circuli revocari posse, ita ut nullam aliam quadraturam introducere sit opus. Hincque patebit omnis formulae differentialis rationalis, utcunque fuerit composita, integrale per logarithmos et quadraturam circuli perpetuo exhiberi posse neque ad hoc ullam aliam quadraturam requiri.

34. Dico autem, quotcunque denominator formulae differentialis propositae habeat factores simplices imaginarios, tum eorum numerum semper esse parem binosque ex iis semper ita esse comparatos, ut eorum productum fiat reale. Quod ad numerum parem factorum imaginariorum attinet, id quidem iam pridem constat atque firmissimis argumentis est confirmatum. Factores enim simplices expressionis algebraicae formantur ex radicibus eiusdem expressionis nihilo aequalis positae; sic, si aequationis huius

$$z^n + \alpha z^{n-1} + \beta z^{n-2} + \gamma z^{n-3} + \text{etc.} = 0$$

radices fuerint $z = p$, $z = q$, $z = r$ etc., tum huius expressionis algebraicae $z^n + \alpha z^{n-1} + \beta z^{n-2} + \gamma z^{n-3} +$ etc. factores simplices erunt $z - p$, $z - q$, $z - r$ etc.; itaque inventio factorum simplicium absolvitur inventione radicum

aequationis algebraicae atque radices reales praebebunt factores simplices reales, imaginariae vero imaginarios. Demonstratum autem est, si maximus ipsius z exponens n sit numerus impar, tum aequationem vel unam habere radicem realem vel tres vel quinque vel septem etc., ex quo numerus radicum non realium seu imaginariarum erit par, eo quod numerus radicum omnium aequetur numero n, qui est impar. Deinde etiam demonstratum est, si maximus incognitae z exponens n fuerit numerus par, tum aequationem vel nullam habere radicem realem vel duas vel quatuor vel sex etc., unde etiam hoc casu numerus radicum imaginariarum erit par. Ex quibus colligitur, si quaecunque expressio algebraica habuerit factores simplices imaginarios, tum eorum numerum perpetuo esse parem ideoque factores imaginarios habebit vel nullum vel duos vel quatuor vel sex etc. secundum numeros pares.

35. Si iam haec ad denominatorem formulae nostrae differentialis propositae accommodemus, is vel nullum habebit factorem simplicem imaginarium, quo casu utique integrale per methodum traditam in forma reali reperitur, vel habebit duos factores simplices imaginarios vel quatuor vel sex vel octo etc. Ponamus denominatorem duos tantum habere factores simplices imaginarios, reliquos vero omnes reales, ac dividamus eum per productum ex omnibus factoribus realibus, quod utique erit quantitas realis; manifestum est quotum fore quantitatem realem. At quotus erit productum ex binis illis factoribus imaginariis ideoque horum productum erit quantitas realis. Hinc, si denominator $1 + \alpha x + \beta x^2 + \gamma x^3 + \delta x^4 +$ etc. duos tantum habeat factores imaginarios, eorum productum erit huiusmodi $1 + px + qx^2$, in quo coefficientes p et q sint reales, ideoque iste denominator loco duorum factorum simplicium imaginariorum habebit unum factorem trinomialem $1 + px + qx^2$ realem, cuius factores cum sint imaginarii, erit $q > \frac{pp}{4}$. Cum igitur sit $\frac{pp}{4}$ quantitas positiva, erit q etiam quantitas positiva atque maior quam quadratum semissis ipsius p. Quodsi iam in producto omnium factorum simplicium realium ponamus in coefficientibus eiusmodi mutationem fieri, ut unus factor fiat imaginarius, simul alium imaginarium fieri oportebit horumque duorum productum per idem ratiocinium fiet reale. Unde colligitur loco omnium factorum simplicium imaginariorum, quorum numerus sit $= 2m$, factores trinomiales huius formae $1 + px + qxx$ reales, quorum numerus sit $= m$, substitui posse.

36. Si igitur formulae differentialis propositae

$$\frac{A + Bx + Cx^2 + Dx^3 + Ex^4 + \text{etc.}}{1 + \alpha x + \beta x^2 + \gamma x^3 + \delta x^4 + \varepsilon x^5 + \text{etc.}}\, dx$$

denominator habeat quotcunque factores simplices imaginarios, eorum loco poterimus adhibere factores trinomiales $1 + px + qxx$ reales; hocque modo resolvemus denominatorem in factores meros reales, scilicet tot simplices, quot habebit reales, ac pro imaginariis factores trinomiales reales introducemus. Quare cum iam ostenderimus, quomodo ex singulis factoribus simplicibus partes integralis respondentes inveniri oporteat, superest, ut modum tradamus inveniendi integralis partes ex factoribus trinomialibus oriundas. Sit igitur factor denominatoris trinomialis $1 + px + qxx$ atque formula differentialis proposita in has duas partes discerpi concipiatur

$$\frac{\mathfrak{P}\,dx + \mathfrak{Q}\,x\,dx}{1 + px + qxx} + \frac{\mathfrak{A}\,dx + \mathfrak{B}\,x\,dx + \mathfrak{C}\,x^2\,dx + \text{etc.}}{1 + \mathfrak{a}x + \mathfrak{b}x^2 + \mathfrak{c}x^3 + \text{etc.}}.$$

Atque ex parte $\frac{\mathfrak{P}\,dx + \mathfrak{Q}\,x\,dx}{1 + px + qxx}$ nascetur integrale

$$\frac{\mathfrak{Q}}{2q}\, l(1 + px + qxx) + \frac{2\mathfrak{P}q - \mathfrak{Q}p}{q\sqrt{(4q - pp)}}\, \text{A. tang.}\, \frac{x\sqrt{(4q - pp)}}{2 + px};$$

erit enim ob duos factores simplices imaginarios in $1 + px + qxx$ contentos $4q > pp$. Quodsi autem hi bini factores essent reales et $4q < pp$, tum integrale formulae $\frac{\mathfrak{P}\,dx + \mathfrak{Q}\,x\,dx}{1 + px + qxx}$ a solis logarithmis penderet foretque

$$\frac{\mathfrak{Q}}{2q}\, l(1 + px + qxx) + \frac{2\mathfrak{P}q - \mathfrak{Q}p}{2q\sqrt{(pp - 4q)}}\, l\frac{2qx + p - \sqrt{(pp - 4q)}}{2qx + p + \sqrt{(pp - 4q)}}.$$

37. Valores autem coefficientium $\mathfrak{P}$ et $\mathfrak{Q}$ ex his aequationibus definientur

$$A = \mathfrak{A} + \mathfrak{P},$$
$$B = \mathfrak{B} + \mathfrak{A}p + \mathfrak{Q} + \mathfrak{P}\mathfrak{a},$$
$$C = \mathfrak{C} + \mathfrak{B}p + \mathfrak{A}q + \mathfrak{Q}\mathfrak{a} + \mathfrak{P}\mathfrak{b},$$
$$D = \mathfrak{D} + \mathfrak{C}p + \mathfrak{B}q + \mathfrak{Q}\mathfrak{b} + \mathfrak{P}\mathfrak{c}$$

etc.,

ex quibus eliciuntur sequentes valores

$$\mathfrak{A} = A - \mathfrak{P},$$
$$\mathfrak{B} = B - Ap + \mathfrak{P}(p - \mathfrak{a}) - \mathfrak{Q},$$
$$\mathfrak{C} = C - Bp + A(pp - q) - \mathfrak{P}(pp - q - \mathfrak{a}p + \mathfrak{b}) + \mathfrak{Q}(p - \mathfrak{a}),$$
$$\mathfrak{D} = D - Cp + B(pp - q) - A(p^3 - 2pq)$$
$$+ \mathfrak{P}(p^3 - 2pq - \mathfrak{a}(p^2 - q) + \mathfrak{b}p - \mathfrak{c}) - \mathfrak{Q}(pp - q - \mathfrak{a}p + \mathfrak{b})$$
$$\text{etc.};$$

ubi cum in serie litterarum $\mathfrak{A}$, $\mathfrak{B}$, $\mathfrak{C}$ etc. tandem ad evanescentes perveniatur, prodibunt aequationes, ex quibus $\mathfrak{P}$ et $\mathfrak{Q}$ determinari poterunt. His autem aequationibus implicabitur haec series

$$1, \quad p, \quad p^2 - q, \quad p^3 - 2pq, \quad p^4 - 3p^2q + qq \quad \text{etc.,}$$

cuius terminus generalis seu indici n respondens est

$$= \frac{(\tfrac{1}{2}p + V(\tfrac{1}{4}pp - q))^n - (\tfrac{1}{2}p - V(\tfrac{1}{4}pp - q))^n}{V(pp - 4q)}.$$

Ponatur brevitatis gratia

$$\tfrac{1}{2}p + V\left(\tfrac{1}{4}pp - q\right) = r \quad \text{et} \quad \tfrac{1}{2}p - V\left(\tfrac{1}{4}pp - q\right) = s,$$

atque cum ad coefficientes $\mathfrak{A}$, $\mathfrak{B}$, $\mathfrak{C}$ etc. evanescentes fuerit perventum, habebitur ista aequatio indefinita

$$+ \mathfrak{P}(r^n - \mathfrak{a}r^{n-1} + \mathfrak{b}r^{n-2} - \mathfrak{c}r^{n-3} + \text{etc.}) - \mathfrak{P}(s^n - \mathfrak{a}s^{n-1} + \mathfrak{b}s^{n-2} - \mathfrak{c}s^{n-3} + \text{etc.})$$
$$- \mathfrak{Q}(r^{n-1} - \mathfrak{a}r^{n-2} + \mathfrak{b}r^{n-3} - \mathfrak{c}r^{n-4} + \text{etc.}) + \mathfrak{Q}(s^{n-1} - \mathfrak{a}s^{n-2} + \mathfrak{b}s^{n-3} - \mathfrak{c}s^{n-4} + \text{etc.})$$
$$= Ar^n - Br^{n-1} + Cr^{n-2} - \text{etc.} - As^n + Bs^{n-1} - Cs^{n-2} + \text{etc.,}$$

cuius duo casus sufficient ad valores ipsorum $\mathfrak{P}$ et $\mathfrak{Q}$ determinandos.

38. Ponamus brevitatis gratia

$$Ar^n - Br^{n-1} + Cr^{n-2} - Dr^{n-3} + \text{etc.} = R,$$
$$As^n - Bs^{n-1} + Cs^{n-2} - Ds^{n-3} + \text{etc.} = S,$$
$$r^{n-1} - \mathfrak{a}r^{n-2} + \mathfrak{b}r^{n-3} - \mathfrak{c}r^{n-4} + \text{etc.} = P,$$
$$s^{n-1} - \mathfrak{a}s^{n-2} + \mathfrak{b}s^{n-3} - \mathfrak{c}s^{n-4} + \text{etc.} = Q$$

atque obtinebimus hanc aequationem

$$\mathfrak{P} Pr - \mathfrak{P} Qs - \mathfrak{Q} P + \mathfrak{Q} Q = R - S$$

hancque pari modo sequetur ista in loco $n+1$

$$\mathfrak{P} Pr^2 - \mathfrak{P} Qs^2 - \mathfrak{Q} Pr + \mathfrak{Q} Qs = Rr - Ss;$$

ex his eliminando $\mathfrak{Q}$ reperitur

$$\mathfrak{Q} = \frac{\mathfrak{P}(Pr - Qs) - R + S}{P - Q} = \frac{\mathfrak{P}(Pr^2 - Qs^2) - Rr + Ss}{Pr - Qs}$$

hincque obtinebuntur sequentes determinationes

$$\mathfrak{P} = \frac{QR - PS}{(r-s)PQ} = \frac{QR - PS}{PQ\sqrt{(pp-4q)}} = \frac{1}{r-s}\left(\frac{R}{P} - \frac{S}{Q}\right),$$

$$\mathfrak{Q} = \frac{QRs - PSr}{(r-s)PQ} = \frac{QRs - PSr}{PQ\sqrt{(pp-4q)}} = \frac{1}{r-s}\left(\frac{Rs}{P} - \frac{Sr}{Q}\right),$$

at in his valoribus est independenter ab n

$$\frac{R}{P} = \frac{A - \frac{1}{r}B + \frac{1}{r^2}C - \frac{1}{r^3}D + \text{etc.}}{\frac{1}{r} - \frac{a}{r^2} + \frac{b}{r^3} - \frac{c}{r^4} + \text{etc.}},$$

$$\frac{S}{Q} = \frac{A - \frac{1}{s}B + \frac{1}{s^2}C - \frac{1}{s^3}D + \text{etc.}}{\frac{1}{s} - \frac{a}{s^2} + \frac{b}{s^3} - \frac{c}{s^4} + \text{etc.}}.$$

Denotant autem $\mathfrak{a}$, $\mathfrak{b}$, $\mathfrak{c}$, $\mathfrak{d}$ etc. sequentes valores

$$\mathfrak{a} = \alpha - p,$$

$$\mathfrak{b} = \beta - \alpha p + pp - q,$$

$$\mathfrak{c} = \gamma - \beta p + \alpha(pp - q) - (p^3 - 2pq),$$

$$\mathfrak{d} = \delta - \gamma p + \beta(pp - q) - \alpha(p^3 - 2pq) + (p^4 - 3ppq + qq)$$

$$\text{etc.,}$$

vel cum sit $p = r + s$ et $q = rs$, erit, ut sequitur,

$$- \mathfrak{a} = r + s - \alpha,$$
$$+ \mathfrak{b} = rr + rs + ss - \alpha(r + s) + \beta,$$
$$- \mathfrak{c} = r^3 + rrs + rss + s^3 - \alpha(rr + rs + ss) + \beta(r + s) - \gamma$$
$$\text{etc.}$$

His valoribus substitutis prodibit denominator

$$\frac{1}{r} - \frac{\mathfrak{a}}{rr} + \frac{\mathfrak{b}}{r^3} - \frac{\mathfrak{c}}{r^4} + \frac{\mathfrak{d}}{r^5} - \text{etc.}$$

aequalis huic expressioni pro n dimensionibus

$$\frac{n}{r} + \frac{(n-1)s}{r^2} + \frac{(n-2)s^2}{r^3} + \frac{(n-3)s^3}{r^4} + \frac{(n-4)s^4}{r^5} + \text{etc.}$$
$$- \frac{\alpha}{r}\left(\frac{n-1}{r} + \frac{(n-2)s}{r^2} + \frac{(n-3)s^2}{r^3} + \frac{(n-4)s^3}{r^4} + \text{etc.}\right)$$
$$+ \frac{\beta}{r^2}\left(\frac{n-2}{r} + \frac{(n-3)s}{r^2} + \frac{(n-4)s^2}{r^3} + \text{etc.}\right)$$
$$- \frac{\gamma}{r^3}\left(\frac{n-3}{r} + \frac{(n-4)s}{r^2} + \text{etc.}\right)$$
$$\text{etc.;}$$

quae series cum sint omnes summabiles, habebitur

$$\frac{1}{(r-s)^2}\left\{ \begin{array}{l} nr - (n+1)s + \frac{s^{n+1}}{r^n} - \frac{\alpha}{r}\left((n-1)r - ns + \frac{s^n}{r^{n-1}}\right) \\[2mm] + \frac{\beta}{r^2}\left((n-2)r - (n-1)s + \frac{s^{n-1}}{r^{n-2}}\right) - \text{etc.} \end{array} \right\}.$$

39. Quoniam autem $1 + px + qxx$ evanescit posito loco x vel $-\frac{1}{r}$ vel $-\frac{1}{s}$ eaque ipsa quantitas est divisor denominatoris $1 + \alpha x + \beta x^2 + \gamma x^3 + \text{etc.}$, erit quoque posito pro x vel $-\frac{1}{r}$ vel $-\frac{1}{s}$

$$0 = 1 - \frac{\alpha}{r} + \frac{\beta}{rr} - \frac{\gamma}{r^3} + \frac{\delta}{r^4} - \text{etc.},$$
$$0 = 1 - \frac{\alpha}{s} + \frac{\beta}{ss} - \frac{\gamma}{s^3} + \frac{\delta}{s^4} - \text{etc.}$$

14*

Hinc itaque erit

$$\frac{s^{n+1}}{r^n} - \frac{\alpha}{r}\cdot\frac{s^n}{r^{n-1}} + \frac{\beta}{rr}\cdot\frac{s^{n-1}}{r^{n-2}} - \frac{\gamma}{r^3}\cdot\frac{s^{n-2}}{r^{n-3}} + \text{etc.} = 0$$

atque

$$nr - (n+1)s - \frac{\alpha}{r}(nr - (n+1)s) + \frac{\beta}{r^2}(nr - (n+1)s) - \text{etc.} = 0;$$

quae duae expressiones si coniunctim subtrahantur a superiori, transmutabitur ista expressio

$$\frac{1}{r} - \frac{\mathfrak{a}}{r^2} + \frac{\mathfrak{b}}{r^3} - \frac{\mathfrak{c}}{r^4} + \text{etc.}$$

in hanc

$$\frac{1}{(r-s)^2}\left(\frac{\alpha(r-s)}{r} - \frac{2\beta(r-s)}{r^2} + \frac{3\gamma(r-s)}{r^3} - \frac{4\delta(r-s)}{r^4} + \text{etc.}\right),$$

quae cum dividi queat per $r - s$, emergit

$$\frac{1}{r-s}\left(\frac{\alpha}{r} - \frac{2\beta}{r^2} + \frac{3\gamma}{r^3} - \frac{4\delta}{r^4} + \text{etc.}\right);$$

simili modo ista expressio

$$\frac{1}{s} - \frac{\mathfrak{a}}{s^2} + \frac{\mathfrak{b}}{s^3} - \frac{\mathfrak{c}}{s^4} + \frac{\mathfrak{b}}{s^5} - \text{etc.}$$

factis substitutionibus transibit in hanc

$$\frac{1}{s-r}\left(\frac{\alpha}{s} - \frac{2\beta}{s^2} + \frac{3\gamma}{s^3} - \frac{4\delta}{s^4} + \text{etc.}\right).$$

Quare tandem pro § 38 habebitur

$$\frac{R}{(r-s)P} = \frac{A - \frac{1}{r}B + \frac{1}{r^2}C - \frac{1}{r^3}D + \text{etc.}}{\frac{\alpha}{r} - \frac{2\beta}{r^2} + \frac{3\gamma}{r^3} - \frac{4\delta}{r^4} + \text{etc.}},$$

$$\frac{-S}{(r-s)Q} = \frac{A - \frac{1}{s}B + \frac{1}{s^2}C - \frac{1}{s^3}D + \text{etc.}}{\frac{\alpha}{s} - \frac{2\beta}{s^2} + \frac{3\gamma}{s^3} - \frac{4\delta}{s^4} + \text{etc.}}.$$

Hisque inventis est

$$\mathfrak{P} = \frac{R}{(r-s)P} - \frac{S}{(r-s)Q} \quad \text{atque} \quad \mathfrak{Q} = \frac{Rs}{(r-s)P} - \frac{Sr}{(r-s)Q}$$

et

$$2\mathfrak{P}q - \mathfrak{Q}p = \frac{Rs}{P} + \frac{Sr}{Q}.$$

40. Etsi hic quantitates r et s habeant valores imaginarios, tamen in valoribus pro $\mathfrak{P}$ et $\mathfrak{Q}$ imaginaria se destruunt atque orientur valores reales. Ponatur enim primum productum amborum denominatorum

$$\left(\frac{\alpha}{r} - \frac{2\beta}{r^2} + \frac{3\gamma}{r^3} - \text{etc.}\right)\left(\frac{\alpha}{s} - \frac{2\beta}{s^2} + \frac{3\gamma}{s^3} - \text{etc.}\right) = W;$$

erit ob $rs = q$ et $r + s = p$ multiplicatione peracta

$$W = \frac{\alpha^2}{q} + \frac{4\beta^2}{qq} + \frac{9\gamma^2}{q^3} + \frac{16\delta^2}{q^4} + \frac{25\varepsilon^2}{q^5} + \text{etc.}$$

$$- p\left(\frac{2\alpha\beta}{qq} + \frac{6\beta\gamma}{q^3} + \frac{12\gamma\delta}{q^4} + \frac{20\delta\varepsilon}{q^5} + \text{etc.}\right)$$

$$+ (pp - 2q)\left(\frac{3\alpha\gamma}{q^3} + \frac{8\beta\delta}{q^4} + \frac{15\gamma\varepsilon}{q^5} + \frac{24\delta\zeta}{q^6} + \text{etc.}\right)$$

$$- (p^3 - 3pq)\left(\frac{4\alpha\delta}{q^4} + \frac{10\beta\varepsilon}{q^5} + \frac{18\gamma\zeta}{q^6} + \text{etc.}\right)$$

$$\text{etc.}$$

Ex his invenitur $\mathfrak{P}$ et $\mathfrak{Q}$, uti sequitur,

$$\mathfrak{P} = \begin{cases} + \dfrac{A}{W}\left(\dfrac{\alpha p}{q} - \dfrac{2\beta(pp-2q)}{qq} + \dfrac{3\gamma(p^3-3pq)}{q^3} - \dfrac{4\delta(p^4-4p^2q+2qq)}{q^4} + \text{etc.}\right) \\[2mm] - \dfrac{B}{W}\left(\dfrac{2\alpha}{q} - \dfrac{2\beta p}{qq} + \dfrac{3\gamma(pp-2q)}{q^3} - \dfrac{4\delta(p^3-3pq)}{q^4} + \text{etc.}\right) \\[2mm] + \dfrac{C}{W}\left(\dfrac{\alpha p}{qq} - \dfrac{4\beta}{qq} + \dfrac{3\gamma p}{q^3} - \dfrac{4\delta(pp-2q)}{q^4} + \text{etc.}\right) \\[2mm] - \dfrac{D}{W}\left(\dfrac{\alpha(pp-2q)}{q^3} - \dfrac{2\beta p}{q^3} + \dfrac{6\gamma}{q^3} - \dfrac{4\delta p}{q^4} + \text{etc.}\right) \\[2mm] \hspace{4cm} \text{etc.} \end{cases}$$

$$\mathfrak{Q} = \begin{cases} + \dfrac{A}{W}\left(2\alpha - \dfrac{2\beta p}{q} + \dfrac{3\gamma(pp-2q)}{qq} - \dfrac{4\delta(p^3-3pq)}{q^3} + \text{etc.}\right) \\[2mm] - \dfrac{B}{W}\left(\dfrac{\alpha p}{q} - \dfrac{4\beta}{q} + \dfrac{3\gamma p}{qq} - \dfrac{4\delta(pp-2q)}{q^3} + \text{etc.}\right) \\[2mm] + \dfrac{C}{W}\left(\dfrac{\alpha(pp-2q)}{qq} - \dfrac{2\beta p}{qq} + \dfrac{6\gamma}{qq} - \dfrac{4\delta p}{q^3} + \text{etc.}\right) \\[2mm] - \dfrac{D}{W}\left(\dfrac{\alpha(p^3-3pq)}{q^3} - \dfrac{2\beta(pp-2q)}{q^3} + \dfrac{3\gamma p}{q^3} - \dfrac{8\delta}{q^3} + \text{etc.}\right) \\[2mm] \hspace{4cm} \text{etc.} \end{cases}$$

Inventis ergo hoc modo $\mathfrak{P}$ et $\mathfrak{Q}$ reperietur integrale, quod ex denominatoris factore $1 + px + qxx$ oritur, quippe quod est

$$\frac{\mathfrak{Q}}{2q} l(1 + px + qxx) + \frac{2\mathfrak{P}q - \mathfrak{Q}p}{q\sqrt{(4q-pp)}} \text{ A.' tang. } \frac{x\sqrt{(4q-pp)}}{2+px}.$$

In casibus autem particularibus saepenumero praestat litteras r et s retinere, donec valores pro $\mathfrak{P}$ et $\mathfrak{Q}$ fuerint inventi; etsi enim hi valores sunt imaginarii, tamen ordo progressionis, quo in formulas $\mathfrak{P}$ et $\mathfrak{Q}$ ingrediuntur, facilius apparet simulque sponte imaginaria se tollunt. Huius adeo methodi beneficio omnis formulae differentialis rationalis, utcunque factoribus imaginariis scateat, integrale reale ope logarithmorum et arcuum circularium poterit exhiberi.

41. Quae hic non mediocri labore pro factore trinomiali invenimus, ea multo facilius directe ex iis, quae de factoribus simplicibus attulimus, derivari possunt. Sit enim in formula differentiali proposita

$$\frac{A + Bx + Cx^2 + Dx^3 + Ex^4 + \text{etc.}}{1 + \alpha x + \beta x^2 + \gamma x^3 + \delta x^4 + \varepsilon x^5 + \text{etc.}},$$

ubi x, uti ponimus, iam pauciores habeat dimensiones in numeratore quam in denominatore, sit, inquam, $1 + px + qxx$ factor trinomialis isque realis denominatoris $1 + \alpha x + \beta x^2 + \gamma x^3 + \delta x^4 + \varepsilon x^5 +$ etc., cuiusmodi factores utique dantur; bini enim factores simplices in $1 + px + qxx$ contenti sunt vel reales vel imaginarii atque utroque casu eorum productum est reale. Sint igitur $1 + rx$ et $1 + sx$ bini factores simplices sive reales sive imaginarii, quorum productum sit $= 1 + px + qxx$, ita ut sit

$$r = \frac{p + \sqrt{(pp - 4q)}}{2} \quad \text{et} \quad s = \frac{p - \sqrt{(pp - 4q)}}{2},$$

et quaerantur integralis partes, quae ex utroque factore simplici oriuntur. Pro primo quidem factore si ponatur

$$R = \frac{A - \frac{1}{r}B + \frac{1}{r^2}C - \frac{1}{r^3}D + \frac{1}{r^4}E - \text{etc.}}{\frac{\alpha}{r} - \frac{2\beta}{r^2} + \frac{3\gamma}{r^3} - \frac{4\delta}{r^4} + \frac{5\varepsilon}{r^5} - \text{etc.}},$$

erit integralis pars inde oriunda $=\int\frac{R\,dx}{1+rx}$. At pro altero factore $1+sx$ si ponatur

$$S = \frac{A - \frac{1}{s}B + \frac{1}{s^2}C - \frac{1}{s^3}D + \frac{1}{s^4}E - \text{etc.}}{\frac{\alpha}{s} - \frac{2\,\beta}{s^2} + \frac{3\,\gamma}{s^3} - \frac{4\,\delta}{s^4} + \frac{5\,\varepsilon}{s^5} - \text{etc.}},$$

erit integralis pars inde oriunda $=\int\frac{S\,dx}{1+sx}$.

Quamobrem ex utroque factore coniunctim, hoc est ex factore trinomiali $1 + px + qxx$, orietur integralis pars haec

$$\int\frac{R\,dx}{1+rx} + \int\frac{S\,dx}{1+sx} = \int\frac{(R+S)\,dx + (Rs+Sr)x\,dx}{1+px+qxx},$$

ubi tam $R + S$ quam $Rs + Sr$ erunt quantitates reales; atque hoc integrale vel a solis logarithmis vel simul a quadratura circuli pendebit, prout r et s fuerint vel quantitates reales vel imaginariae, hocque apprime congruit cum eo, quod ante invenimus.

42. Simili modo si denominator fuerit divisibilis per $(1 + px + qxx)^2$ atque factores simplices ipsius $1 + px + qxx$, qui sint $1 + rx$ et $1 + sx$, fuerint imaginarii, integralis portio inde oriunda in forma reali dabitur. Cum enim ipsius $(1 + px + qxx)^2$ factores sint $(1 + rx)^2$ et $(1 + sx)^2$, tractetur uterque modo supra [§ 24] exposito. Scilicet pro factore $(1 + rx)^2$ ponatur

$$R = \frac{A - \frac{1}{r}B + \frac{1}{r^2}C - \frac{1}{r^3}D + \text{etc.}}{\frac{1}{r^3}\left(1\cdot 2\,\beta - \frac{2\cdot 3\,\gamma}{r} + \frac{3\cdot 4\,\delta}{r^2} - \text{etc.}\right)}$$

eritque integrale hinc oriundum

$$\frac{2\,d.\frac{R}{r}}{dr}\int\frac{r\,dx}{1+rx} + 2\cdot 1\frac{R}{r^2}\int\frac{r\,dx}{(1+rx)^2}.$$

Simili modo pro factore $(1 + sx)^2$ ponatur

$$S = \frac{A - \frac{1}{s}B + \frac{1}{s^2}C - \frac{1}{s^3}D + \text{etc.}}{\frac{1}{s^3}\left(1\cdot 2\,\beta - \frac{2\cdot 3\,\gamma}{s} + \frac{3\cdot 4\,\delta}{s^2} - \text{etc.}\right)}$$

atque hinc orietur integralis portio

$$\frac{2\,d.\frac{S}{s}}{ds}\int\frac{s\,dx}{1+sx}+2\cdot1\,\frac{S}{s^2}\int\frac{s\,dx}{(1+sx)^2};$$

quae duae formae, si r et s fuerint quantitates imaginariae, invicem addantur prodibitque formula differentialis integranda realis huius formae

$$\frac{\mathfrak{P}\,dx+\mathfrak{Q}\,x\,dx+\mathfrak{R}\,x^2\,dx+\mathfrak{S}\,x^3\,dx}{(1+px+qxx)^2},$$

cuius integrale resolvitur in has duas partes

$$\frac{\mathfrak{P}p-2\mathfrak{Q}+\mathfrak{R}\frac{p}{q}-\mathfrak{S}\frac{pp-2q}{qq}+\left(2\mathfrak{P}q-\mathfrak{Q}p+\mathfrak{R}\frac{pp-2q}{q}-\mathfrak{S}\frac{p^3-3pq}{qq}\right)x}{(4q-pp)(1+px+qxx)}$$

$$+\int\frac{\left(2\mathfrak{P}q-\mathfrak{Q}p+2\mathfrak{R}-\mathfrak{S}\frac{p}{q}\right)dx-\mathfrak{S}\frac{pp-4q}{q}x\,dx}{(4q-pp)(1+px+qxx)},$$

quae ergo integratio ope logarithmorum et arcuum circularium absolvi potest. Pari autem modo erit procedendum, si denominatoris factor fuerit $(1+px+qxx)^3$ vel alia altior potestas quaecunque.

43. Ex his igitur intelligitur, quomodo formulae cuiuscunque differentialis rationalis integrale inveniri atque adeo in forma reali exhiberi oporteat; postquam enim differentiale per modos prius expositos ad formam posterius pertractatam fuerit perductum, tum totius negotii cardo vertetur in inventione factorum realium denominatoris, qui, uti ostendimus, sunt vel simplices binomiales vel trinomiales; atque quilibet factor dabit partem integralis quaesiti; quare si methodo praescripta ex singulis factoribus integralis partes respondentes fuerint inventae, tum omnium harum partium aggregatum erit integrale quaesitum. Ex his porro patet veritas non exigui momenti, quod omnis formulae differentialis rationalis [integrale] perpetuo concessis logarithmis et arcubus circularibus exhiberi queat, ita ut integratio, si algebraice absolvi nequeat, alias quantitates transcendentes non requirat praeter logarithmos et arcus circulares. Cum igitur modus, quo ad integrale perveniendum est, satis sit expositus, nil aliud superest, nisi ut usum eius in aliquot exemplis alias difficilioribus monstremus, quae partim iam sint ab aliis tractata, partim hic

de novo producta vel saltem fusius exposita. In hoc autem negotio quia praecipuum opus in inventione factorum versatur, alia exempla proferre non licet, nisi in quibus factores denominatoris actu exhiberi queant; hanc ob rem in subsidium vocabimus praecipua illa artificia a Celeb. Moivreo[1] aliisque excogitata, quorum beneficio factores propositae cuiuspiam expressionis assignari possunt, sicque plura occurrent ad Algebrae finitae incrementum facientia, quae etsi huc minus pertinent, tamen fusius prosequemur.

PROBLEMA 1

44. *Invenire integrale huius formulae differentialis* $\frac{x^m dx}{1 + x^{2n}}$ *existente m numero integro minore quam 2n.*

SOLUTIO

Si exponens m maior esset quam $2n$, tum per divisionem formula ad casum praesentem perduceretur; perspicuum autem est denominatorem nullum omnino factorem simplicem realem habere, ex quo factores trinomiales quaeri debebunt reales, quorum numerus erit n. Sit huiusmodi factor $= 1 + px + qxx$ realis, qui sit productum ex his imaginariis $(1 + rx)(1 + sx)$ existente $r + s = p$ et $rs = q$. His ad § 41 revocatis erit

$$R = \left(-\frac{1}{r}\right)^m : -2n\left(-\frac{1}{r}\right)^{2n} = \frac{-(-r)^{2n-m}}{2n}$$

in subsidium vocatis, quae § 28 sunt tradita. Simili modo est

$$S = \frac{-(-s)^{2n-m}}{2n};$$

unde ex factore $1 + px + qxx$ orietur ista integralis pars

$$\int \frac{-((-r)^{2n-m} + (-s)^{2n-m})dx + rs((-r)^{2n-m-1} + (-s)^{2n-m-1})x dx}{2n(1 + px + qxx)};$$

est vero $r = \frac{p + \sqrt{(pp - 4q)}}{2}$ et $s = \frac{p - \sqrt{(pp - 4q)}}{2}$.

---

1) Vide p. 115.   A. G.

Formetur hinc series, cuius terminus generalis sit $= (-r)^k + (-s)^k$, eiusque termini ita progredientur

$$
\begin{array}{cccc}
1 & 2 & 3 & 4 \\
\end{array}
$$
$$
-p, \quad +(pp-2q), \quad -(p^3-3pq), \quad +(p^4-4p^2q+2qq) \quad \text{etc.;}
$$

ponatur huius seriei terminus, cuius index est $2n-m-1$, $= M$ et terminus sequens, cuius index est $2n-m$, sit $= N$ habebiturque istud integrale

$$
\int \frac{-N\,dx + Mq\,x\,dx}{2n(1+px+qxx)},
$$

quod per logarithmos et arcus circulares dat

$$
+\frac{M}{4n} l(1+px+qxx) - \frac{2N+Mp}{2n\sqrt{(4q-pp)}} \text{ A. tang. } \frac{x\sqrt{(4q-pp)}}{2+px};
$$

at ex natura serierum recurrentium M et N ita a se invicem pendent, ut sit

$$
N^2 + MNp + M^2q = -q^{2n-m-1}(pp-4q)
$$

seu

$$
N = -\frac{Mp}{2} + \sqrt{(4q-pp)}\left(q^{2n-m-1} - \frac{M^2}{4}\right).
$$

Cum ergo sit

$$
2N + Mp = \sqrt{(4q-pp)}(4q^{2n-m-1} - M^2),
$$

erit integrale formulae

$$
\int \frac{-N\,dx + Mq\,x\,dx}{2n(1+px+qxx)}
$$
$$
= +\frac{M}{4n} l(1+px+qxx) - \frac{\sqrt{(4q^{2n-m-1}-M^2)}}{2n} \text{ A. tang. } \frac{x\sqrt{(4q-pp)}}{2+px}
$$

estque

$$
M = \pm\left(\frac{p+\sqrt{(pp-4q)}}{2}\right)^{2n-m-1} \pm \left(\frac{p-\sqrt{(pp-4q)}}{2}\right)^{2n-m-1},
$$

ubi signa superiora $+$ valent, si $2n-m-1$ fuerit numerus par, sin sit impar, signa inferiora $-$ sunt capienda. Haec expressio M autem commode per multiplicationem arcuum circularium exprimi potest, si quidem est $4q > pp$, uti ponimus. Nam si arcus cuiuspiam circuli φ cosinus fuerit $= u$, ita ut sit $\varphi = \text{A. cos. } u$ posito sinu toto $= 1$, erit cosinus arcus $k\varphi$

$$
= \frac{(u+\sqrt{(uu-1)})^k + (u-\sqrt{(uu-1)})^k}{2}.
$$

Quodsi iam ponamus $u = \dfrac{p}{2\sqrt{q}}$, ita ut sit $\varphi = \text{A.}\cos.\dfrac{p}{2\sqrt{q}}$, orietur

$$M = \mp 2q^{\frac{2n-m-1}{2}} \cos. \text{A.} (2n - m - 1)\varphi,$$

ubi signum $+$ habet locum, si fuerit $2n - m - 1$ numerus par, contrarium autem $-$, si $2n - m - 1$ sit numerus impar. Hinc fiet

$$\sqrt{(4q^{2n-m-1} - M^2)} = \mp 2q^{\frac{2n-m-1}{2}} \sin. \text{A.} (2n - m - 1)\varphi$$

ideoque integrale ex denominatoris factore $1 + px + qxx$ oriundum erit

$$= \pm \frac{q^{\frac{2n-m-1}{2}} \cos. \text{A.} (2n - m - 1)\varphi}{2n} l(1 + px + qxx)$$

$$\mp \frac{q^{\frac{2n-m-1}{2}} \sin. \text{A.} (2n - m - 1)\varphi}{n} \text{A. tang.} \frac{x\sqrt{(4q - pp)}}{2 + px}$$

existente φ arcu circuli, cuius cosinus est $= \dfrac{p}{2\sqrt{q}}$ in circulo, cuius radius $= 1$. Valent autem signa superiora, si $2n - m - 1$ fuerit numerus par, inferiora autem, si sit numerus impar. Cum igitur singuli factores denominatoris $1 + x^{2n}$ huius formae $1 + px + qxx$ praebeant partes integralis, quae ex cognitis coefficientibus p et q modo praescripto assignari queant, hos ipsos factores trinomiales denominatoris $1 + x^{2n}$ eruere debemus.

At ex theoremate quodam MOIVREANO[1]), si habeatur expressio huiusmodi

$$1 + ax + bx^2 + cx^3 + \cdots + mx^n + \cdots + cx^{2n-3} + bx^{2n-2} + ax^{2n-1} + x^{2n},$$

cuius coefficientes finales ordine retrogrado congruunt cum coefficientibus initialibus, ea resolvitur in factores trinomiales

$$1 + \alpha x + xx, \quad 1 + \beta x + xx, \quad 1 + \gamma x + xx, \quad 1 + \delta x + xx \quad \text{etc.,}$$

quorum numerus est n, eruntque coefficientes α, β, γ, δ etc. radices huius aequationis n dimensionum

$$z^n - Az^{n-1} + Bz^{n-2} - Cz^{n-3} + Dz^{n-4} - \text{etc.} = 0,$$

---

1) Vide A. DE MOIVRE (1667—1754), *Miscellanea analytica de seriebus et quadraturis.* Liber III, Cap. IV: De Multinomiis quibusdam in Binomia aut Trinomia resolvendis. Londini 1730, p. 67.   A. G.

15*

cuius coefficientes sequentem tenent legem:

$A = a,$

$B = b - n,$

$C = c - (n - 1)a,$

$D = d - (n - 2)b + \dfrac{n(n-3)}{1 \cdot 2},$

$E = e - (n - 3)c + \dfrac{(n-1)(n-4)}{1 \cdot 2}\, a,$

$F = f - (n - 4)d + \dfrac{(n-2)(n-5)}{1 \cdot 2}\, b - \dfrac{n(n-4)(n-5)}{1 \cdot 2 \cdot 3},$

$G = g - (n - 5)e + \dfrac{(n-3)(n-6)}{1 \cdot 2}\, c - \dfrac{(n-1)(n-5)(n-6)}{1 \cdot 2 \cdot 3}\, a,$

$H = h - (n - 6)f + \dfrac{(n-4)(n-7)}{1 \cdot 2}\, d - \dfrac{(n-2)(n-6)(n-7)}{1 \cdot 2 \cdot 3}\, b + \dfrac{n(n-5)(n-6)(n-7)}{1 \cdot 2 \cdot 3 \cdot 4}$

<div align="center">etc.</div>

His valoribus substitutis habebimus hanc aequationem

$$
\left.
\begin{aligned}
& z^n - n z^{n-2} + \frac{n(n-3)}{1 \cdot 2}\, z^{n-4} - \frac{n(n-4)(n-5)}{1 \cdot 2 \cdot 3}\, z^{n-6} + \text{etc.} \\
& - a\left(z^{n-1} - (n-1)z^{n-3} + \frac{(n-1)(n-4)}{1 \cdot 2}\, z^{n-5} - \frac{(n-1)(n-5)(n-6)}{1 \cdot 2 \cdot 3}\, z^{n-7} + \text{etc.}\right) \\
& + b\left(z^{n-2} - (n-2)z^{n-4} + \frac{(n-2)(n-5)}{1 \cdot 2}\, z^{n-6} - \frac{(n-2)(n-6)(n-7)}{1 \cdot 2 \cdot 3}\, z^{n-8} + \text{etc.}\right) \\
& - c\left(z^{n-3} - (n-3)z^{n-5} + \frac{(n-3)(n-6)}{1 \cdot 2}\, z^{n-7} - \frac{(n-3)(n-7)(n-8)}{1 \cdot 2 \cdot 3}\, z^{n-9} + \text{etc.}\right)
\end{aligned}
\right\} = 0.
$$

<div align="center">etc.</div>

Ad expressionem hanc distinctius cognoscendam sit ψ arcus circuli, cuius cosinus $= \frac{z}{2}$; erit

$$2 \cos. A.\, k\psi = z^k - k z^{k-2} + \frac{k(k-3)}{1 \cdot 2}\, z^{k-4} - \frac{k(k-4)(k-5)}{1 \cdot 2 \cdot 3}\, z^{k-6} + \text{etc.},$$

unde superior aequatio pro incognita z transmutabitur in sequentem

$$\cos. A.\, n\psi - a \cos. A.(n-1)\psi + b \cos. A.(n-2)\psi - c \cos. A.(n-3)\psi$$

$$+ \cdots \pm \frac{m}{2} = 0.$$

Ex hac aequatione reperientur n diversi valores pro ψ, quorum cosinus bis sumti dabunt totidem valores quaesitos pro α, β, γ, δ etc.

Ex hac generali reductione theorematis MOIVREANI pro nostro casu, quo omnes litterae a, b, c etc. evanescunt, obtinemus hanc simplicem aequationem

$$\cos. \text{A}. \, n\psi = 0.$$

Quaeramus ergo omnes arcus, quorum cosinus sunt $= 0$, qui sunt

$$\frac{\pi}{2}, \quad \frac{3\pi}{2}, \quad \frac{5\pi}{2}, \quad \frac{7\pi}{2}, \quad \frac{9\pi}{2}, \quad \frac{11\pi}{2} \quad \text{etc.}$$

denotante $1:\pi$ rationem diametri ad peripheriam; ex his valoribus capiantur n, qui erunt totidem valores pro $n\psi$, unde ipsius ψ valores erunt sequentes arcus in circulo, cuius radius $= 1$,

$$\frac{\pi}{2n}, \quad \frac{3\pi}{2n}, \quad \frac{5\pi}{2n}, \quad \frac{7\pi}{2n}, \quad \frac{9\pi}{2n}, \quad \frac{11\pi}{2n}, \quad \cdots \frac{(2n-1)\pi}{2n}.$$

Ex his valores pro coefficientibus α, β, γ, δ etc. erunt

$$2\cos. \text{A}. \frac{\pi}{2n}, \quad 2\cos. \text{A}. \frac{3\pi}{2n}, \quad 2\cos. \text{A}. \frac{5\pi}{2n}, \quad 2\cos. \text{A}. \frac{7\pi}{2n}, \cdots 2\cos. \text{A}. \frac{(2n-1)\pi}{2n}.$$

At est

$$\cos. \text{A}. \frac{(2n-1)\pi}{2n} = -\cos. \text{A}. \frac{\pi}{2n}, \quad \cos. \text{A}. \frac{(2n-3)\pi}{2n} = -\cos. \text{A}. \frac{3\pi}{2n} \quad \text{etc.},$$

unde, si n fuerit numerus par, valores pro α, β, γ, δ etc. erunt

$$\pm 2\cos. \text{A}. \frac{\pi}{2n}, \quad \pm 2\cos. \text{A}. \frac{3\pi}{2n}, \quad \pm 2\cos. \text{A}. \frac{5\pi}{2n}, \cdots \pm 2\cos. \text{A}. \frac{(n-1)\pi}{2n},$$

sin autem n sit numerus impar, tum valores litterarum α, β, γ, δ etc. erunt sequentes

$$\pm 2\cos. \text{A}. \frac{\pi}{2n}, \quad \pm 2\cos. \text{A}. \frac{3\pi}{2n}, \quad \pm 2\cos. \text{A}. \frac{5\pi}{2n}, \cdots \pm 2\cos. \text{A}. \frac{(n-2)\pi}{2n}, \quad +2\cos. \text{A}. \frac{\pi}{2}.$$

Ex quo patet casus, quibus n vel est numerus par vel impar, probe a se invicem esse distinguendos in nostro instituto.

Denominatoris ergo nostri $1 + x^{2n}$ factores trinomiales omnes continentur in hac forma generali

$$1 + 2x \cos. \text{A}. \frac{k\pi}{2n} + xx$$

denotante k omnes numeros impares minores quam $2n$. Comparetur forma assumta $1 + px + qxx$ cum hac inventa; erit $q = 1$ et $p = +2\cos. A.\frac{k\pi}{2n}$ hincque $\frac{p}{2\sqrt{q}} = \cos. A.\frac{k\pi}{2n}$. Cum iam φ sit arcus circuli, cuius cosinus est $\frac{p}{2\sqrt{q}}$, erit $\varphi = \frac{k\pi}{2n}$. Ex isto igitur factore generali reperietur pars integralis inde oriunda haec

$$\pm \frac{1}{2n}\cos. A.\frac{(2n-m-1)k\pi}{2n} l\left(1 + 2x\cos. A.\frac{k\pi}{2n} + xx\right)$$

$$\mp \frac{1}{n}\sin. A.\frac{(2n-m-1)k\pi}{2n} A.\tang. \frac{x\sin. A.\frac{k\pi}{2n}}{1 + x\cos. A.\frac{k\pi}{2n}},$$

ubi signorum ambiguorum ante coefficientes superiora valent, si $2n - m - 1$ sit numerus par, inferiora, si impar. In casu, quo $k = n$, quod occurrit, si n est numerus impar, tum fit $\cos. A.\frac{k\pi}{2n} = 0$ et denominatoris divisor erit $1 + xx$, ex quo nascitur integrale

$$\pm \frac{1}{2n}\cos. A.\frac{(2n-m-1)\pi}{2} l(1 + xx) \mp \frac{1}{n}\sin. A.\frac{(2n-m-1)\pi}{2} A.\tang. x.$$

Quodsi iam loco k successive substituantur omnes numeri impares minores quam $2n$ et omnes expressiones in unam summam colligantur, habebitur integrale quaesitum formulae differentialis propositae $\frac{x^m dx}{1 + x^{2n}}$, si quidem m fuerit numerus minor quam $2n$. Q. E. I.

EXEMPLUM 1

45. *Formulae differentialis* $\frac{dx}{1 + xx}$ *integrale invenire.*

Hic fit $m = 0$, $n = 1$, $2n - m - 1 = 1$ numero impari; valent ergo signa inferiora habebiturque

$$-\frac{1}{2}\cos. A.\frac{k\pi}{2} l\left(1 + 2x\cos. A.\frac{k\pi}{2} + xx\right) + \sin. A.\frac{k\pi}{2} A.\tang. \frac{x\sin. A.\frac{k\pi}{2}}{1 + x\cos. A.\frac{k\pi}{2}}.$$

Ob $2n = 2$ habebit k unicum valorem, nempe $k = 1$, ex quo propter

$$\cos. A.\frac{\pi}{2} = 0 \quad \text{et} \quad \sin. A.\frac{\pi}{2} = 1$$

reperietur integrale quaesitum

$$= A.\tang. x.$$

EXEMPLUM 2

46. *Formulae differentialis* $\frac{dx}{1+x^4}$ *integrale invenire.*

Hic fit $m = 0$, $n = 2$, $2n - m - 1 = 3$ numero impari, ita ut signa inferiora valeant; habetur ergo

$$-\frac{1}{4}\cos.\mathrm{A}.\frac{3k\pi}{4}\,l\left(1 + 2x\cos.\mathrm{A}.\frac{k\pi}{4} + xx\right) + \frac{1}{2}\sin.\mathrm{A}.\frac{3k\pi}{4}\,\mathrm{A}.\,\mathrm{tang}.\frac{x\sin.\mathrm{A}.\frac{k\pi}{4}}{1 + x\cos.\mathrm{A}.\frac{k\pi}{4}};$$

ob $2n = 4$ tribuendi sunt ipsi k duo valores 1 et 3 successive, ex quo integrale quaesitum erit

$$-\frac{1}{4}\cos.\mathrm{A}.\frac{3\pi}{4}\,l\left(1 + 2x\cos.\mathrm{A}.\frac{\pi}{4} + xx\right) + \frac{1}{2}\sin.\mathrm{A}.\frac{3\pi}{4}\,\mathrm{A}.\,\mathrm{tang}.\frac{x\sin.\mathrm{A}.\frac{\pi}{4}}{1 + x\cos.\mathrm{A}.\frac{\pi}{4}}$$

$$-\frac{1}{4}\cos.\mathrm{A}.\frac{9\pi}{4}\,l\left(1 + 2x\cos.\mathrm{A}.\frac{3\pi}{4} + xx\right) + \frac{1}{2}\sin.\mathrm{A}.\frac{9\pi}{4}\,\mathrm{A}.\,\mathrm{tang}.\frac{x\sin.\mathrm{A}.\frac{3\pi}{4}}{1 + x\cos.\mathrm{A}.\frac{3\pi}{4}}.$$

At est

$$\cos.\mathrm{A}.\frac{3\pi}{4} = -\cos.\mathrm{A}.\frac{\pi}{4} \quad\text{et}\quad \cos.\mathrm{A}.\frac{9\pi}{4} = \cos.\mathrm{A}.\frac{\pi}{4}$$

itemque

$$\sin.\mathrm{A}.\frac{3\pi}{4} = \sin.\mathrm{A}.\frac{\pi}{4} \quad\text{et}\quad \sin.\mathrm{A}.\frac{9\pi}{4} = \sin.\mathrm{A}.\frac{\pi}{4},$$

unde tandem formulae propositae integrale prodit

$$+\frac{1}{4}\cos.\mathrm{A}.\frac{\pi}{4}\,l\left(1 + 2x\cos.\mathrm{A}.\frac{\pi}{4} + xx\right) + \frac{1}{2}\sin.\mathrm{A}.\frac{\pi}{4}\,\mathrm{A}.\,\mathrm{tang}.\frac{x\sin.\mathrm{A}.\frac{\pi}{4}}{1 + x\cos.\mathrm{A}.\frac{\pi}{4}}$$

$$-\frac{1}{4}\cos.\mathrm{A}.\frac{\pi}{4}\,l\left(1 - 2x\cos.\mathrm{A}.\frac{\pi}{4} + xx\right) + \frac{1}{2}\sin.\mathrm{A}.\frac{\pi}{4}\,\mathrm{A}.\,\mathrm{tang}.\frac{x\sin.\mathrm{A}.\frac{\pi}{4}}{1 - x\cos.\mathrm{A}.\frac{\pi}{4}},$$

quod ad formam simpliciorem reductum ob

$$\sin.\mathrm{A}.\frac{\pi}{4} = \cos.\mathrm{A}.\frac{\pi}{4} = \frac{1}{\sqrt{2}}$$

dabit

$$\frac{1}{4\sqrt{2}}\,l\,\frac{1 + x\sqrt{2} + xx}{1 - x\sqrt{2} + xx} + \frac{1}{2\sqrt{2}}\,\mathrm{A}.\,\mathrm{tang}.\frac{x\sqrt{2}}{1 - xx}.$$

EXEMPLUM 3

47. *Formulae differentialis* $\frac{dx}{1+x^6}$ *integrale invenire.*

Hic est $m=0$, $n=3$, $2n-m-1=5$ numero impari, unde haec habetur partium integralis forma

$$-\frac{1}{6}\cos.\text{A.}\frac{5k\pi}{6}\,l\left(1+2x\cos.\text{A.}\frac{k\pi}{6}+xx\right)+\frac{1}{3}\sin.\text{A.}\frac{5k\pi}{6}\text{A. tang.}\frac{x\sin.\text{A.}\frac{k\pi}{6}}{1+x\cos.\text{A.}\frac{k\pi}{6}},$$

ubi loco k successive substitui debent numeri 1, 3, 5; at est

$$\cos.\text{A.}\frac{5\pi}{6}=-\cos.\text{A.}\frac{\pi}{6},\quad \sin.\text{A.}\frac{5\pi}{6}=\sin.\text{A.}\frac{\pi}{6},$$

$$\cos.\text{A.}\frac{15\pi}{6}=\cos.\text{A.}\frac{\pi}{2},\quad \sin.\text{A.}\frac{15\pi}{6}=\sin.\text{A.}\frac{\pi}{2},$$

$$\cos.\text{A.}\frac{25\pi}{6}=\cos.\text{A.}\frac{\pi}{6},\quad \sin.\text{A.}\frac{25\pi}{6}=\sin.\text{A.}\frac{\pi}{6}.$$

Ex quibus ob $\cos.\text{A.}\frac{\pi}{2}=0$ et $\sin.\text{A.}\frac{\pi}{2}=1$ colligitur integrale quaesitum

$$+\frac{1}{6}\cos.\text{A.}\frac{\pi}{6}\,l\left(1+2x\cos.\text{A.}\frac{\pi}{6}+xx\right)+\frac{1}{3}\sin.\text{A.}\frac{\pi}{6}\text{A. tang.}\frac{x\sin.\text{A.}\frac{\pi}{6}}{1+x\cos.\text{A.}\frac{\pi}{6}}$$

$$+\frac{1}{3}\text{A. tang.}\,x$$

$$-\frac{1}{6}\cos.\text{A.}\frac{\pi}{6}\,l\left(1-2x\cos.\text{A.}\frac{\pi}{6}+xx\right)+\frac{1}{3}\sin.\text{A.}\frac{\pi}{6}\text{A. tang.}\frac{x\sin.\text{A.}\frac{5\pi}{6}}{1+x\cos.\text{A.}\frac{5\pi}{6}}.$$

Cum iam sit

$$\cos.\text{A.}\frac{\pi}{6}=\frac{\sqrt{3}}{2},\quad \sin.\text{A.}\frac{\pi}{6}=\frac{1}{2},$$

erit integrale

$$\frac{\sqrt{3}}{12}\,l\frac{1+x\sqrt{3}+xx}{1-x\sqrt{3}+xx}+\frac{1}{3}\text{A. tang.}\,x+\frac{1}{6}\text{A. tang.}\frac{x}{2+x\sqrt{3}}+\frac{1}{6}\text{A. tang.}\frac{x}{2-x\sqrt{3}}.$$

EXEMPLUM 4

48. *Formulae differentialis* $\frac{dx}{1+x^8}$ *integrale invenire.*

Hic est $m=0$, $n=4$ et $2n-m-1=7$, ex quo erit partium integralis forma

$$-\frac{1}{8}\cos.\mathrm{A}.\frac{7k\pi}{8}\,l\left(1+2x\cos.\mathrm{A}.\frac{k\pi}{8}+xx\right)+\frac{1}{4}\sin.\mathrm{A}.\frac{7k\pi}{8}\,\mathrm{A.\,tang.}\frac{x\sin.\mathrm{A}.\frac{k\pi}{8}}{1+x\cos.\mathrm{A}.\frac{k\pi}{8}}.$$

At quia k est numerus impar, quippe 1, 3, 5, 7 successive, est

$$-\cos.\mathrm{A}.\frac{7k\pi}{8}=\cos.\mathrm{A}.\frac{k\pi}{8}\quad\text{et}\quad\sin.\mathrm{A}.\frac{7k\pi}{8}=\sin.\mathrm{A}.\frac{k\pi}{8},$$

unde substituendo loco k valores 1, 3, 5, 7 erit integrale

$$+\frac{1}{8}\cos.\mathrm{A}.\frac{\pi}{8}\,l\frac{1+2x\cos.\mathrm{A}.\frac{\pi}{8}+xx}{1-2x\cos.\mathrm{A}.\frac{\pi}{8}+xx}+\frac{1}{4}\sin.\mathrm{A}.\frac{\pi}{8}\,\mathrm{A.\,tang.}\frac{2x\sin.\mathrm{A}.\frac{\pi}{8}}{1-xx}$$

$$+\frac{1}{8}\cos.\mathrm{A}.\frac{3\pi}{8}\,l\frac{1+2x\cos.\mathrm{A}.\frac{3\pi}{8}+xx}{1-2x\cos.\mathrm{A}.\frac{3\pi}{8}+xx}+\frac{1}{4}\sin.\mathrm{A}.\frac{3\pi}{8}\,\mathrm{A.\,tang.}\frac{2x\sin.\mathrm{A}.\frac{3\pi}{8}}{1-xx}.$$

EXEMPLUM 5

49. *Formulae differentialis* $\dfrac{dx}{1+x^{2n}}$ *integrale invenire.*

Si $2n$ fuerit numerus pariter par seu n numerus par, tum integrale erit

$$+\frac{1}{2n}\cos.\mathrm{A}.\frac{\pi}{2n}\,l\frac{1+2x\cos.\mathrm{A}.\frac{\pi}{2n}+xx}{1-2x\cos.\mathrm{A}.\frac{\pi}{2n}+xx}+\frac{1}{n}\sin.\mathrm{A}.\frac{\pi}{2n}\,\mathrm{A.\,tang.}\frac{2x\sin.\mathrm{A}.\frac{\pi}{2n}}{1-xx}$$

$$+\frac{1}{2n}\cos.\mathrm{A}.\frac{3\pi}{2n}\,l\frac{1+2x\cos.\mathrm{A}.\frac{3\pi}{2n}+xx}{1-2x\cos.\mathrm{A}.\frac{3\pi}{2n}+xx}+\frac{1}{n}\sin.\mathrm{A}.\frac{3\pi}{2n}\,\mathrm{A.\,tang.}\frac{2x\sin.\mathrm{A}.\frac{3\pi}{2n}}{1-xx}$$

$$+\frac{1}{2n}\cos.\mathrm{A}.\frac{5\pi}{2n}\,l\frac{1+2x\cos.\mathrm{A}.\frac{5\pi}{2n}+xx}{1-2x\cos.\mathrm{A}.\frac{5\pi}{2n}+xx}+\frac{1}{n}\sin.\mathrm{A}.\frac{5\pi}{2n}\,\mathrm{A.\,tang.}\frac{2x\sin.\mathrm{A}.\frac{5\pi}{2n}}{1-xx}$$

$$\vdots$$

$$+\frac{1}{2n}\cos.\mathrm{A}.\frac{(n-1)\pi}{2n}\,l\frac{1+2x\cos.\mathrm{A}.\frac{(n-1)\pi}{2n}+xx}{1-2x\cos.\mathrm{A}.\frac{(n-1)\pi}{2n}+xx}$$

$$+\frac{1}{n}\sin.\mathrm{A}.\frac{(n-1)\pi}{2n}\,\mathrm{A.\,tang.}\frac{2x\sin.\mathrm{A}.\frac{(n-1)\pi}{2n}}{1-xx}.$$

Sin autem $2n$ fuerit numerus impariter par seu n numerus impar, tum erit integrale

$$+ \frac{1}{2n} \cos. \text{A.} \frac{\pi}{2n} \, l \, \frac{1 + 2x \cos. \text{A.} \frac{\pi}{2n} + xx}{1 - 2x \cos. \text{A.} \frac{\pi}{2n} + xx} + \frac{1}{n} \sin. \text{A.} \frac{\pi}{2n} \text{A. tang.} \frac{2x \sin. \text{A.} \frac{\pi}{2n}}{1 - xx}$$

$$+ \frac{1}{2n} \cos. \text{A.} \frac{3\pi}{2n} \, l \, \frac{1 + 2x \cos. \text{A.} \frac{3\pi}{2n} + xx}{1 - 2x \cos. \text{A.} \frac{3\pi}{2n} + xx} + \frac{1}{n} \sin. \text{A.} \frac{3\pi}{2n} \text{A. tang.} \frac{2x \sin. \text{A.} \frac{3\pi}{2n}}{1 - xx}$$

$$+ \frac{1}{2n} \cos. \text{A.} \frac{5\pi}{2n} \, l \, \frac{1 + 2x \cos. \text{A.} \frac{5\pi}{2n} + xx}{1 - 2x \cos. \text{A.} \frac{5\pi}{2n} + xx} + \frac{1}{n} \sin. \text{A.} \frac{5\pi}{2n} \text{A. tang.} \frac{2x \sin. \text{A.} \frac{5\pi}{2n}}{1 - xx}$$

$$\vdots$$

$$+ \frac{1}{2n} \cos. \text{A.} \frac{(n-2)\pi}{2n} \, l \, \frac{1 + 2x \cos. \text{A.} \frac{(n-2)\pi}{2n} + xx}{1 - 2x \cos. \text{A.} \frac{(n-2)\pi}{2n} + xx}$$

$$+ \frac{1}{n} \sin. \text{A.} \frac{(n-2)\pi}{2n} \text{A. tang.} \frac{2x \sin. \text{A.} \frac{(n-2)\pi}{2n}}{1 - xx} + \frac{1}{n} \text{A. tang.} x.$$

EXEMPLUM 6

50. *Formulae differentialis* $\frac{x^m \, dx}{1 + x^{2n}}$ *integrale invenire existente m numero pari.*

Quoniam m est numerus par, erit $2n - m - 1$ numerus impar ideoque signa inferiora valent. Porro autem erit

$$\cos. \text{A.} \frac{(2n - m - 1)k\pi}{2n} = - \cos. \text{A.} \frac{(m+1)k\pi}{2n}$$

ob k numerum imparem et

$$\sin. \text{A.} \frac{(2n - m - 1)k\pi}{2n} = \sin. \text{A.} \frac{(m+1)k\pi}{2n};$$

tum etiam habetur

$$\cos. \text{A.} \frac{(m+1)(2n-k)\pi}{2n} = - \cos. \text{A.} \frac{(m+1)k\pi}{2n}$$

atque

$$\sin. \text{A.} \frac{(m+1)(2n-k)\pi}{2n} = \sin. \text{A.} \frac{(m+1)k\pi}{2n}.$$

His positis distinguendi sunt casus, quibus n est vel numerus par vel impar.

Ac primo quidem si n est numerus par, erit integrale

$$+\frac{1}{2n}\cos.\,A.\frac{(m+1)\pi}{2n}\,l\,\frac{1+2x\cos.\,A.\frac{\pi}{2n}+xx}{1-2x\cos.\,A.\frac{\pi}{2n}+xx}+\frac{1}{n}\sin.\,A.\frac{(m+1)\pi}{2n}\,A.\,\text{tang.}\,\frac{2x\sin.\,A.\frac{\pi}{2n}}{1-xx}$$

$$.+\frac{1}{2n}\cos.\,A.\frac{3(m+1)\pi}{2n}\,l\,\frac{1+2x\cos.\,A.\frac{3\pi}{2n}+xx}{1-2x\cos.\,A.\frac{3\pi}{2n}+xx}+\frac{1}{n}\sin.\,A.\frac{3(m+1)\pi}{2n}\,A.\,\text{tang.}\,\frac{2x\sin.\,A.\frac{3\pi}{2n}}{1-xx}$$

$$+\frac{1}{2n}\cos.\,A.\frac{5(m+1)\pi}{2n}\,l\,\frac{1+2x\cos.\,A.\frac{5\pi}{2n}+xx}{1-2x\cos.\,A.\frac{5\pi}{2n}+xx}+\frac{1}{n}\sin.\,A.\frac{5(m+1)\pi}{2n}\,A.\,\text{tang.}\,\frac{2x\sin.\,A.\frac{5\pi}{2n}}{1-xx}$$

$$\vdots$$

$$+\frac{1}{2n}\cos.\,A.\frac{(n-1)(m+1)\pi}{2n}\,l\,\frac{1+2x\cos.\,A.\frac{(n-1)\pi}{2n}+xx}{1-2x\cos.\,A.\frac{(n-1)\pi}{2n}+xx}$$

$$+\frac{1}{n}\sin.\,A.\frac{(n-1)(m+1)\pi}{2n}\,A.\,\text{tang.}\,\frac{2x\sin.\,A.\frac{(n-1)\pi}{2n}}{1-xx}.$$

Deinde si n sit numerus impar, erit integrale

$$+\frac{1}{2n}\cos.\,A.\frac{(m+1)\pi}{2n}\,l\,\frac{1+2x\cos.\,A.\frac{\pi}{2n}+xx}{1-2x\cos.\,A.\frac{\pi}{2n}+xx}+\frac{1}{n}\sin.\,A.\frac{(m+1)\pi}{2n}\,A.\,\text{tang.}\,\frac{2x\sin.\,A.\frac{\pi}{2n}}{1-xx}$$

$$+\frac{1}{2n}\cos.\,A.\frac{3(m+1)\pi}{2n}\,l\,\frac{1+2x\cos.\,A.\frac{3\pi}{2n}+xx}{1-2x\cos.\,A.\frac{3\pi}{2n}+xx}+\frac{1}{n}\sin.\,A.\frac{3(m+1)\pi}{2n}\,A.\,\text{tang.}\,\frac{2x\sin.\,A.\frac{3\pi}{2n}}{1-xx}$$

$$+\frac{1}{2n}\cos.\,A.\frac{5(m+1)\pi}{2n}\,l\,\frac{1+2x\cos.\,A.\frac{5\pi}{2n}+xx}{1-2x\cos.\,A.\frac{5\pi}{2n}+xx}+\frac{1}{n}\sin.\,A.\frac{5(m+1)\pi}{2n}\,A.\,\text{tang.}\,\frac{2x\sin.\,A.\frac{5\pi}{2n}}{1-xx}$$

$$\vdots$$

$$+\frac{1}{2n}\cos.\,A.\frac{(n-2)(m+1)\pi}{2n}\,l\,\frac{1+2x\cos.\,A.\frac{(n-2)\pi}{2n}+xx}{1-2x\cos.\,A.\frac{(n-2)\pi}{2n}+xx}$$

$$+\frac{1}{n}\sin.\,A.\frac{(n-2)(m+1)\pi}{2n}\,A.\,\text{tang.}\,\frac{2x\sin.\,A.\frac{(n-2)\pi}{2n}}{1-xx}+\frac{1}{n}\sin.\,A.\frac{(m+1)\pi}{2}\,A.\,\text{tang.}\,x,$$

ubi, si m est numerus pariter par, erit $\sin.\,A.\frac{(m+1)\pi}{2}=1$, at si m est impariter par, erit $\sin.\,A.\frac{(m+1)\pi}{2}=-1$.

16*

EXEMPLUM 7

51. *Formulae differentialis* $\frac{x^m dx}{1+x^{2n}}$ *integrale invenire, si* m *sit numerus impar.*

Quoniam $2n - m - 1$ est numerus par, signa superiora valent eritque integralis pars quaevis huius formae

$$- \frac{1}{2n} \cos. A. \frac{(m+1)k\pi}{2n} l\left(1 + 2x \cos. A. \frac{k\pi}{2n} + xx\right)$$

$$- \frac{1}{n} \sin. A. \frac{(m+1)k\pi}{2n} A. \tang. \frac{x \sin. A. \frac{k\pi}{2n}}{1 + x \cos. A. \frac{k\pi}{2n}},$$

ubi loco k omnes numeri impares usque ad $2n - 1$ substitui debent. Si pro k ponamus $2n - k$, habebitur haec forma

$$- \frac{1}{2n} \cos. A. \frac{(m+1)k\pi}{2n} l\left(1 - 2x \cos. A. \frac{k\pi}{2n} + xx\right)$$

$$+ \frac{1}{n} \sin. A. \frac{(m+1)k\pi}{2n} A. \tang. \frac{x \sin. A. \frac{k\pi}{2n}}{1 - x \cos. A. \frac{k\pi}{2n}},$$

quae duae formae coniunctim sumtae dabunt

$$- \frac{1}{2n} \cos. A. \frac{(m+1)k\pi}{2n} l\left(1 - 2xx \cos. A. \frac{k\pi}{n} + x^4\right)$$

$$+ \frac{1}{n} \sin. A. \frac{(m+1)k\pi}{2n} A. \tang. \frac{xx \sin. A. \frac{k\pi}{n}}{1 - xx \cos. A. \frac{k\pi}{n}}.$$

Hoc modo bini valores ipsius n coniunguntur, unde, si n sit numerus par, integrale reperitur, si loco k successivi omnes numeri impares usque ad $n - 1$ substituantur; erit ergo integrale

$$- \frac{1}{2n} \cos. A. \frac{(m+1)\pi}{2n} l\left(1 - 2xx \cos. A. \frac{\pi}{n} + x^4\right)$$

$$+ \frac{1}{n} \sin. A. \frac{(m+1)\pi}{2n} A. \tang. \frac{xx \sin. A. \frac{\pi}{n}}{1 - xx \cos. A. \frac{\pi}{n}}$$

$$- \frac{1}{2n} \cos. A. \frac{3(m+1)\pi}{2n} l\left(1 - 2xx \cos. A. \frac{3\pi}{n} + x^4\right)$$

$$+ \frac{1}{n} \sin. A. \frac{3(m+1)\pi}{2n} A. \tang. \frac{xx \sin. A. \frac{3\pi}{n}}{1 - xx \cos. A. \frac{3\pi}{n}}$$

$$-\frac{1}{2n}\cos.\mathrm{A}.\frac{5(m+1)\pi}{2n}\,l\Big(1-2xx\cos.\mathrm{A}.\frac{5\pi}{n}+x^4\Big)$$

$$+\frac{1}{n}\sin.\mathrm{A}.\frac{5(m+1)\pi}{2n}\,\mathrm{A}.\tan g.\frac{xx\sin.\mathrm{A}.\frac{5\pi}{n}}{1-xx\cos.\mathrm{A}.\frac{5\pi}{n}}$$

$$\vdots$$

$$-\frac{1}{2n}\cos.\mathrm{A}.\frac{(n-1)(m+1)\pi}{2n}\,l\Big(1-2xx\cos.\mathrm{A}.\frac{(n-1)\pi}{n}+x^4\Big)$$

$$+\frac{1}{n}\sin.\mathrm{A}.\frac{(n-1)(m+1)\pi}{2n}\,\mathrm{A}.\tan g.\frac{xx\sin.\mathrm{A}.\frac{(n-1)\pi}{n}}{1-xx\cos.\mathrm{A}.\frac{(n-1)\pi}{n}}.$$

Quodsi autem n sit numerus impar, tum loco k substitui debent omnes numeri impares usque ad $n-2$ et numerus impar medius n erit solitarius, unde sequens prodibit integrale.

$$-\frac{1}{2n}\cos.\mathrm{A}.\frac{(m+1)\pi}{2n}\,l\Big(1-2xx\cos.\mathrm{A}.\frac{\pi}{n}+x^4\Big)$$

$$+\frac{1}{n}\sin.\mathrm{A}.\frac{(m+1)\pi}{2n}\,\mathrm{A}.\tan g.\frac{xx\sin.\mathrm{A}.\frac{\pi}{n}}{1-xx\cos.\mathrm{A}.\frac{\pi}{n}}$$

$$-\frac{1}{2n}\cos.\mathrm{A}.\frac{3(m+1)\pi}{2n}\,l\Big(1-2xx\cos.\mathrm{A}.\frac{3\pi}{n}+x^4\Big)$$

$$+\frac{1}{n}\sin.\mathrm{A}.\frac{3(m+1)\pi}{2n}\,\mathrm{A}.\tan g.\frac{xx\sin.\mathrm{A}.\frac{3\pi}{n}}{1-xx\cos.\mathrm{A}.\frac{3\pi}{n}}$$

$$-\frac{1}{2n}\cos.\mathrm{A}.\frac{5(m+1)\pi}{2n}\,l\Big(1-2xx\cos.\mathrm{A}.\frac{5\pi}{n}+x^4\Big)$$

$$+\frac{1}{n}\sin.\mathrm{A}.\frac{5(m+1)\pi}{2n}\,\mathrm{A}.\tan g.\frac{xx\sin.\mathrm{A}.\frac{5\pi}{n}}{1-xx\cos.\mathrm{A}.\frac{5\pi}{n}}$$

$$\vdots$$

$$-\frac{1}{2n}\cos.\mathrm{A}.\frac{(n-2)(m+1)\pi}{2n}\,l\Big(1-2xx\cos.\mathrm{A}.\frac{(n-2)\pi}{n}+x^4\Big)$$

$$+\frac{1}{n}\sin.\mathrm{A}.\frac{(n-2)(m+1)\pi}{2n}\,\mathrm{A}.\tan g.\frac{xx\sin.\mathrm{A}.\frac{(n-2)\pi}{n}}{1-xx\cos.\mathrm{A}.\frac{(n-2)\pi}{n}}$$

$$-\frac{1}{n}\cos.\mathrm{A}.\frac{(m+1)\pi}{2}\,l(1+xx),$$

ubi $\cos.\mathrm{A}.\frac{(m+1)\pi}{2}$ erit vel $+1$ vel -1, prout $m+1$ fuerit vel numerus pariter par vel impariter par.

PROBLEMA 2

52. *Invenire integrale huius formulae differentialis* $\frac{x^m\,dx}{1+x^{2n+1}}$ *existente m numero integro minore quam* $2n+1$.

SOLUTIO

Huius formulae denominator $1+x^{2n+1}$ unum habet factorem realem $1+x$, reliqui factores simplices omnes sunt imaginarii eorumque adeo loco factores trinomiales accipi debent. Quod ad factorem simplicem $1+x$ attinet, intelligitur, si pro eo ponatur $1+rx$, inde hanc integralis partem esse orituram $\frac{-(-r)^{2n-m+1}}{2n+1}\int\frac{dx}{1+rx}$. Sit ergo $r=1$ atque ex denominatoris factore $1+x$ nascetur integralis pars $\frac{-(-1)^{2n-m+1}}{2n+1}l(1+x)=\frac{(-1)^{2n-m}}{2n+1}l(1+x)$, quae adeo erit

$$\pm\frac{1}{2n+1}l(1+x),$$

ubi signum $+$ valet, si $2n-m$ fuerit numerus par seu si m sit numerus par, alterum vero signum $-$ valet, si m sit numerus impar.

Quod iam ad factores trinomiales attinet, sit eorum quilibet $1+px+qxx$ atque ex solutione praecedentis problematis ponendo $2n+1$ loco $2n$ colligitur integralis pars ex hoc factore oriunda

$$=\pm q^{\frac{2n-m}{2}}\frac{\cos.\,A.\,(2n-m)\varphi}{2n+1}l(1+px+qxx)$$

$$\mp 2q^{\frac{2n-m}{2}}\frac{\sin.\,A.\,(2n-m)\varphi}{2n+1}A.\,\text{tang.}\frac{x\sqrt{(4q-pp)}}{2+px}$$

denotante φ arcum circuli, cuius cosinus $=\frac{p}{2\sqrt{q}}$; valent autem signorum ambiguorum superiora, si $2n-m$ fuerit numerus par, hoc est, si m fuerit numerus par, sin autem m sit numerus impar, valebunt signa inferiora.

Iam ad factores trinomiales inveniendos dividatur denominator $1+x^{2n+1}$ per factorem simplicem $1+x$ prodibitque quotus

$$1-x+x^2-x^3+\cdots-x^{2n-3}+x^{2n-2}-x^{2n-1}+x^{2n},$$

cuius factores trinomiales quaeri oportet, id quod fiet ope theorematis in

solutione praecedente adhibiti.   Erunt scilicet factores trinomiales huiusmodi

$$1 + \alpha x + xx, \quad 1 + \beta x + xx, \quad 1 + \gamma x + xx \quad \text{etc.,}$$

quorum numerus erit n, et cum sit

$$a = -1, \quad b = +1, \quad c = -1 \quad \text{etc.,}$$

formanda est aequatio

$$\cos. A. \, n\psi + \cos. A. \, (n-1)\psi + \cos. A. \, (n-2)\psi + \cdots + \cos. A. \, \psi + \tfrac{1}{2} = 0,$$

ex qua aequatione n valores pro arcu ψ orientur, quorum cosinus bis sumti in loca litterarum α, β, γ etc. substitui debent.   Aequatio autem haec resolvi poterit ex isto principio, quod cosinus arcuum in arithmetica progressione crescentium tenent seriem recurrentem; est nempe

$$\cos. A. \, n\psi = z \cos. A. \, (n-1)\psi - \cos. A. \, (n-2)\psi$$

existente $\cos. A. \, \psi = \frac{z}{2}$.   Cum iam sit

$$+ \cos. A. \, n\psi + \cos. A. \, (n-1)\psi + \cdots + \cos. A. \, 2\psi + \cos. A. \, \psi + 1 = \tfrac{1}{2},$$

erit

$$+ z \cos. A. \, n\psi + z \cos. A. \, (n-1)\psi + z \cos. A. \, (n-2)\psi + \cdots + z \cos. A. \, \psi + z = \tfrac{z}{2},$$

$$- \cos. A. \, n\psi - \cos. A. \, (n-1)\psi - \cos. A. \, (n-2)\psi - \cos. A. \, (n-3)\psi - \cdots - 1 = \tfrac{-1}{2};$$

subtrahantur inferiores aequationes a superiore; orietur

$$(1 - z) \cos. A. \, n\psi + \cos. A. \, (n-1)\psi + \cos. A. \, \psi + 1 - z = 1 - \tfrac{z}{2},$$

quae ob $\cos. A. \, \psi = \frac{z}{2}$ transmutatur in hanc

$$(1 - z) \cos. A. \, n\psi + \cos. A. \, (n-1)\psi = 0$$

seu

$$\cos. A. \, n\psi - 2 \cos. A. \, \psi \cdot \cos. A. \, n\psi + \cos. A. \, (n-1)\psi = 0;$$

at est

$$\cos. A. \, (n-1)\psi = \cos. A. \, \psi \cdot \cos. A. \, n\psi + \sin. A. \, \psi \cdot \sin. A. \, n\psi;$$

erit ergo

$$(1 - \cos. A. \, \psi) \cos. A. \, n\psi + \sin. A. \, \psi \cdot \sin. A. \, n\psi = 0,$$

unde concluditur fore

$$\text{tang. A.} \frac{\psi}{2} + \text{tang. A.} \, n\psi = 0.$$

At ex natura tangentium constat esse

$$\text{tang. A.} \frac{\psi}{2} + \text{tang. A.} \left(k\pi - \frac{\psi}{2} \right) = 0$$

denotante k numerum quemcunque integrum, ex quo erit

$$n\psi = k\pi - \frac{\psi}{2} \quad \text{hincque} \quad \psi = \frac{2k\pi}{2n+1}.$$

Substituendo ergo pro k successive numeros 1, 2, 3, 4, ... n oriuntur n valores pro arcu ψ, quorum cosinus bis sumti dabunt coefficientes α, β, γ, δ etc. in factoribus

$$1 + \alpha x + xx, \quad 1 + \beta x + xx, \quad 1 + \gamma x + xx \quad \text{etc.}$$

Quilibet ergo factor continetur in hac forma

$$1 + 2x \cos. \text{A.} \frac{2k\pi}{2n+1} + xx.$$

Quare cum pro factore generali assumserimus hanc formam $1 + px + qxx$, erit $q = 1$ et $p = 2 \cos. \text{A.} \frac{2k\pi}{2n+1}$ atque $\frac{p}{2\sqrt{q}} = \cos. \text{A.} \frac{2k\pi}{2n+1}$; quia nunc φ est arcus, cuius cosinus $= \frac{p}{2\sqrt{q}}$, erit $\varphi = \frac{2k\pi}{2n+1}$ et hanc ob rem ex factore $1 + 2x \cos. \text{A.} \frac{2k\pi}{2n+1} + xx$ orietur integralis pars

$$\pm \frac{1}{2n+1} \cos. \text{A.} \frac{2k(2n-m)\pi}{2n+1} \, l \left(1 + 2x \cos. \text{A.} \frac{2k\pi}{2n+1} + xx \right)$$

$$\mp \frac{2}{2n+1} \sin. \text{A.} \frac{2k(2n-m)\pi}{2n+1} \, \text{A. tang.} \frac{x \sin. \text{A.} \frac{2k\pi}{2n+1}}{1 + x \cos. \text{A.} \frac{2k\pi}{2n+1}},$$

ubi signa superiora valent, si m fuerit numerus par, inferiora autem, si m numerus impar. At est

$$\cos. \text{A.} \frac{2k(2n-m)\pi}{2n+1} = \cos. \text{A.} \frac{2k(m+1)\pi}{2n+1}$$

atque

$$\sin. \text{A.} \frac{2k(2n-m)\pi}{2n+1} = - \sin. \text{A.} \frac{2k(m+1)\pi}{2n+1},$$

unde cuiusque partis integralis ex factore denominatoris trinomiali oriunda est

$$\pm \frac{1}{2n+1} \cos. A. \frac{2k(m+1)\pi}{2n+1} \, l\left(1 + 2x \cos. A. \frac{2k\pi}{2n+1} + xx\right)$$

$$\pm \frac{2}{2n+1} \sin. A. \frac{2k(m+1)\pi}{2n+1} \, A. \tan g. \frac{x \sin. A. \frac{2k\pi}{2n+1}}{1 + x \cos. A. \frac{2k\pi}{2n+1}};$$

successive scilicet loco k scribantur omnes numeri integri 1, 2, 3, ... n addanturque formae resultantes atque ad summam addatur insuper integrale ex factore simplici $1 + x$ oriundum $\pm \frac{1}{2n+1} l(1 + x)$, quo facto habebitur formulae differentialis propositae $\frac{x^m dx}{1+x^{2n+1}}$ integrale quaesitum hoc

$$\pm \frac{1}{2n+1} l(1 + x)$$

$$\pm \frac{1}{2n+1} \cos. A. \frac{2(m+1)\pi}{2n+1} \, l\left(1 + 2x \cos. A. \frac{2\pi}{2n+1} + xx\right)$$

$$\pm \frac{2}{2n+1} \sin. A. \frac{2(m+1)\pi}{2n+1} \, A. \tan g. \frac{x \sin. A. \frac{2\pi}{2n+1}}{1 + x \cos. A. \frac{2\pi}{2n+1}}$$

$$\pm \frac{1}{2n+1} \cos. A. \frac{4(m+1)\pi}{2n+1} \, l\left(1 + 2x \cos. A. \frac{4\pi}{2n+1} + xx\right)$$

$$\pm \frac{2}{2n+1} \sin. A. \frac{4(m+1)\pi}{2n+1} \, A. \tan g. \frac{x \sin. A. \frac{4\pi}{2n+1}}{1 + x \cos. A. \frac{4\pi}{2n+1}}$$

$$\pm \frac{1}{2n+1} \cos. A. \frac{6(m+1)\pi}{2n+1} \, l\left(1 + 2x \cos. A. \frac{6\pi}{2n+1} + xx\right)$$

$$\pm \frac{2}{2n+1} \sin. A. \frac{6(m+1)\pi}{2n+1} \, A. \tan g. \frac{x \sin. A. \frac{6\pi}{2n+1}}{1 + x \cos. A. \frac{6\pi}{2n+1}}$$

$$\vdots$$

$$\pm \frac{1}{2n+1} \cos. A. \frac{2n(m+1)\pi}{2n+1} \, l\left(1 + 2x \cos. A. \frac{2n\pi}{2n+1} + xx\right)$$

$$\pm \frac{2}{2n+1} \sin. A. \frac{2n(m+1)\pi}{2n+1} \, A. \tan g. \frac{x \sin. A. \frac{2n\pi}{2n+1}}{1 + x \cos. A. \frac{2n\pi}{2n+1}},$$

ubi signorum ambiguorum superiora valent, si m fuerit numerus par, inferiora autem sunt capienda, si m sit numerus impar.   Q. E. I.

EXEMPLUM 1

53. *Huius formulae differentialis* $\frac{dx}{1+x^3}$ *integrale invenire.*

Hic est $m = 0$ et $n = 1$ atque $2n + 1 = 3$. Deinde habemus

$$\cos. \text{A}. \frac{2(m+1)\pi}{2n+1} = \cos. \text{A}. \frac{2\pi}{3} = \cos. \text{A}. 120^0 = -\frac{1}{2},$$

$$\sin. \text{A}. \frac{2(m+1)\pi}{2n+1} = \sin. \text{A}. \frac{2\pi}{3} = \sin. \text{A}. 120^0 = \frac{\sqrt{3}}{2}.$$

Quoniam igitur ob m numerum parem signa superiora valent, erit formulae propositae integrale

$$+ \frac{1}{3} l(1+x) - \frac{1}{6} l(1 - x + xx) + \frac{1}{\sqrt{3}} \text{A. tang.} \frac{x\sqrt{3}}{2-x},$$

ubi constantem non adiicimus, quia hoc integrale iam evanescit posito $x = 0$.

EXEMPLUM 2

54. *Huius formulae differentialis* $\frac{x\,dx}{1+x^3}$ *integrale invenire.*

Hic est $m = 1$ et $n = 1$, ex quo signa inferiora valebunt. Erit autem pro hoc casu

$$\cos. \text{A}. \frac{2(m+1)\pi}{2n+1} = \cos. \text{A}. \frac{4\pi}{3} = -\cos. \text{A}. \frac{\pi}{3} = -\frac{1}{2},$$

$$\cos. \text{A}. \frac{2\pi}{2n+1} = \cos. \text{A}. \frac{2\pi}{3} = -\cos. \text{A}. \frac{\pi}{3} = -\frac{1}{2},$$

$$\sin. \text{A}. \frac{2(m+1)\pi}{2n+1} = \sin. \text{A}. \frac{4\pi}{3} = -\sin. \text{A}. \frac{\pi}{3} = -\frac{\sqrt{3}}{2},$$

$$\sin. \text{A}. \frac{2\pi}{2n+1} = \sin. \text{A}. \frac{2\pi}{3} = \sin. \text{A}. \frac{\pi}{3} = \frac{\sqrt{3}}{2},$$

unde integrale quaesitum erit hoc

$$- \frac{1}{3} l(1+x) + \frac{1}{6} l(1 - x + xx) + \frac{1}{\sqrt{3}} \text{A. tang.} \frac{x\sqrt{3}}{2-x}.$$

COROLLARIUM

55. Huius ergo formulae differentialis $\frac{(1-x)\,dx}{1+x^3}$ integrale erit

$$\frac{2}{3}\,l(1+x) - \frac{1}{3}\,l(1-x+xx) = \frac{1}{3}\,l\frac{1+2x+xx}{1-x+xx}.$$

EXEMPLUM 3

56. *Huius formulae differentialis $\frac{dx}{1+x^5}$ integrale invenire.*

Hic est $m=0$ ideoque signa superiora valent et $n=2$, unde integrale quaesitum erit

$$+\frac{1}{5}\,l(1+x)$$

$$+\frac{1}{5}\cos.\,\text{A.}\,\frac{2\pi}{5}\,l\left(1+2x\cos.\,\text{A.}\,\frac{2\pi}{5}+xx\right)+\frac{2}{5}\sin.\,\text{A.}\,\frac{2\pi}{5}\,\text{A. tang.}\,\frac{x\sin.\,\text{A.}\,\frac{2\pi}{5}}{1+x\cos.\,\text{A.}\,\frac{2\pi}{5}}$$

$$-\frac{1}{5}\cos.\,\text{A.}\,\frac{\pi}{5}\,l\left(1-2x\cos.\,\text{A.}\,\frac{\pi}{5}+xx\right)+\frac{2}{5}\sin.\,\text{A.}\,\frac{\pi}{5}\,\text{A. tang.}\,\frac{x\sin.\,\text{A.}\,\frac{\pi}{5}}{1-x\cos.\,\text{A.}\,\frac{\pi}{5}}.$$

At est

$$\cos.\,\text{A.}\,\frac{\pi}{5}=\frac{1+\sqrt{5}}{4},\quad \sin.\,\text{A.}\,\frac{\pi}{5}=\frac{\sqrt{(10-2\sqrt{5})}}{4}$$

atque

$$\cos.\,\text{A.}\,\frac{2\pi}{5}=\frac{-1+\sqrt{5}}{4}\quad\text{et}\quad \sin.\,\text{A.}\,\frac{2\pi}{5}=\frac{\sqrt{(10+2\sqrt{5})}}{4}.$$

EXEMPLUM 4

57. *Huius formulae differentialis $\frac{x\,dx}{1+x^5}$ integrale invenire.*

Hic est $m=1$ ideoque signa inferiora valent et $n=2$, ex quo integrale quaesitum erit

$$-\frac{1}{5}\,l(1+x)$$

$$+\frac{1}{5}\cos.\,\text{A.}\,\frac{\pi}{5}\,l\left(1+2x\cos.\,\text{A.}\,\frac{2\pi}{5}+xx\right)-\frac{2}{5}\sin.\,\text{A.}\,\frac{\pi}{5}\,\text{A. tang.}\,\frac{x\sin.\,\text{A.}\,\frac{2\pi}{5}}{1+x\cos.\,\text{A.}\,\frac{2\pi}{5}}$$

$$-\frac{1}{5}\cos.\,\text{A.}\,\frac{2\pi}{5}\,l\left(1-2x\cos.\,\text{A.}\,\frac{\pi}{5}+xx\right)+\frac{2}{5}\sin.\,\text{A.}\,\frac{2\pi}{5}\,\text{A. tang.}\,\frac{x\sin.\,\text{A.}\,\frac{\pi}{5}}{1-x\cos.\,\text{A.}\,\frac{\pi}{5}}.$$

17*

EXEMPLUM 5

58. *Huius formulae differentialis* $\frac{xx\,dx}{1+x^5}$ *integrale invenire.*

Hic est $n = 2$ et $m = 2$, unde signa superiora valent, ex quo integrale quaesitum erit

$$+ \frac{1}{5}\, l\,(1+x)$$

$$- \frac{1}{5}\cos. A. \frac{\pi}{5}\, l\left(1 + 2x \cos. A. \frac{2\pi}{5} + xx\right) - \frac{2}{5}\sin. A. \frac{\pi}{5}\, A. \tan g. \frac{x \sin. A. \frac{2\pi}{5}}{1 + x \cos. A. \frac{2\pi}{5}}$$

$$+ \frac{1}{5}\cos. A. \frac{2\pi}{5}\, l\left(1 - 2x \cos. A. \frac{\pi}{5} + xx\right) + \frac{2}{5}\sin. A. \frac{2\pi}{5}\, A. \tan g. \frac{x \sin. A. \frac{\pi}{5}}{1 - x \cos. A. \frac{\pi}{5}}.$$

EXEMPLUM 6

59. *Huius formulae differentialis* $\frac{x^3\,dx}{1+x^5}$ *integrale invenire.*

Hic est $n = 2$ et $m = 3$, unde signa inferiora valent, ex quo integrale quaesitum erit

$$- \frac{1}{5}\, l\,(1+x)$$

$$- \frac{1}{5}\cos. A. \frac{2\pi}{5}\, l\left(1 + 2x \cos. A. \frac{2\pi}{5} + xx\right) + \frac{2}{5}\sin. A. \frac{2\pi}{5}\, A. \tan g. \frac{x \sin. A. \frac{2\pi}{5}}{1 + x \cos. A. \frac{2\pi}{5}}$$

$$+ \frac{1}{5}\cos. A. \frac{\pi}{5}\, l\left(1 - 2x \cos. A. \frac{\pi}{5} + xx\right) + \frac{2}{5}\sin. A. \frac{\pi}{5}\, A. \tan g. \frac{x \sin. A. \frac{\pi}{5}}{1 - x \cos A. \frac{\pi}{5}}.$$

PROBLEMA 3

60. *Invenire integrale huius formulae differentialis* $\frac{x^m\,dx}{1 - x^{2n+1}}$ *existente* m *numero integro minore quam* $2n + 1$.

SOLUTIO

Quia denominator $1 - x^{2n+1}$ hic habet unum factorem simplicem realem $1 - x$, per quem divisione peracta resultat quotus $1 + x + x^2 + x^3 + \cdots + x^{2n}$,

huius factores trinomiales perinde ac in praecedente problemate poterunt inveniri ex iisque integrale quaesitum determinari. At si rem probe perpendamus, solutio praecedentis problematis simul nobis suppeditabit solutionem praesentis; nam si hic ponamus $x = -y$, habebimus hanc formulam

$$\frac{-(-y)^m dy}{1 + y^{2n+1}} \quad \text{seu} \quad \frac{\mp y^m dy}{1 + y^{2n+1}},$$

ubi signum superius valet, si m fuerit numerus par, inferius vero, si m numerus impar. Huius autem formulae integrale iam invenimus in solutione praecedentis problematis, ubi simul hoc commode accedit, ut signa illa ambigua tollantur et ubique idem signum — locum habeat; tum vero in illa solutione loco x poni oportet $-x$ hincque formulae nostrae propositae integrale erit

$$-\frac{1}{2n+1} l(1-x)$$

$$-\frac{1}{2n+1} \cos. A. \frac{2(m+1)\pi}{2n+1} l\left(1 - 2x \cos. A. \frac{2\pi}{2n+1} + xx\right)$$

$$+\frac{2}{2n+1} \sin. A. \frac{2(m+1)\pi}{2n+1} A. \tan g. \frac{x \sin. A. \frac{2\pi}{2n+1}}{1 - x \cos. A. \frac{2\pi}{2n+1}}$$

$$-\frac{1}{2n+1} \cos. A. \frac{4(m+1)\pi}{2n+1} l\left(1 - 2x \cos. A. \frac{4\pi}{2n+1} + xx\right)$$

$$+\frac{2}{2n+1} \sin. A. \frac{4(m+1)\pi}{2n+1} A. \tan g. \frac{x \sin. A. \frac{4\pi}{2n+1}}{1 - x \cos. A. \frac{4\pi}{2n+1}}$$

$$-\frac{1}{2n+1} \cos. A. \frac{6(m+1)\pi}{2n+1} l\left(1 - 2x \cos. A. \frac{6\pi}{2n+1} + xx\right)$$

$$+\frac{2}{2n+1} \sin. A. \frac{6(m+1)\pi}{2n+1} A. \tan g. \frac{x \sin. A. \frac{6\pi}{2n+1}}{1 - x \cos. A. \frac{6\pi}{2n+1}}$$

$$\vdots$$

$$-\frac{1}{2n+1} \cos. A. \frac{2n(m+1)\pi}{2n+1} l\left(1 - 2x \cos. A. \frac{2n\pi}{2n+1} + xx\right)$$

$$+\frac{2}{2n+1} \sin. A. \frac{2n(m+1)\pi}{2n+1} A. \tan g. \frac{x \sin. A. \frac{2n\pi}{2n+1}}{1 - x \cos. A. \frac{2n\pi}{2n+1}}.$$

Q. E. I.

PROBLEMA 4

61. *Invenire integrale huius formulae differentialis* $\frac{x^m\, dx}{1-x^{2n+2}}$ *existente* m *numero integro minore quam* $2n+2$.

SOLUTIO

Denominator $1-x^{2n+2}$ duos habet factores reales, nempe $1+x$ et $1-x$; reliqui factores simplices omnes sunt imaginarii.

Sit ergo $1+rx$ factor simplex. Ex eo, si consulatur § 41, orietur

$$R = \frac{(-r)^{2n-m+2}}{2n+2}$$

atque integralis pars ex factore $1+rx$ oriunda erit

$$= \frac{1}{2n+2}\int \frac{(-r)^{2n-m+2}dx}{1+rx}.$$

Sit iam primo $r=+1$ ac factor $1+x$ in integrale dabit hanc partem

$$\frac{1}{2n+2}\int \frac{\pm dx}{1+x} = \pm \frac{1}{2n+2}\, l(1+x),$$

ubi signum superius valet, si m fuerit numerus par, inferius, si m impar. Sit nunc $r=-1$ ac factor $1-x$ in integrale inducet hoc

$$\frac{1}{2n+2}\int \frac{dx}{1-x} = -\frac{1}{2n+2}\, l(1-x).$$

Pro factoribus trinomialibus sit nobis propositus iste

$$1+px+qxx = (1+rx)(1+sx),$$

ita ut sit $r+s=p$ et $rs=q$. Quare cum ex factore simplici $1+rx$ oriatur integralis pars haec

$$\frac{1}{2n+2}\int \frac{(-r)^{2n-m+2}dx}{1+rx},$$

ex factore composito $1+px+qxx = (1+rx)(1+sx)$ orietur pro integrali

$$\int \frac{((-r)^{2n-m+2}+(-s)^{2n-m+2})dx - rs((-r)^{2n-m+1}+(-s)^{2n-m+1})x\,dx}{(2n+2)(1+px+qxx)},$$

quae formula cum ea, quam in solutione Problematis 1 habuimus, ita congruit, ut, si ibi loco $2n$ ponamus $2n + 2$, prodeat haec nostra negative sumta. His consideratis, si sit φ arcus circuli, cuius cosinus est $= \frac{p}{2\sqrt{q}}$, ex factore trinomiali $1 + px + qxx$ orietur ista integralis pars

$$\pm \frac{q^{\frac{2n-m+1}{2}} \cos. \mathrm{A}. (2n - m + 1)\varphi}{2n + 2} l(1 + px + qxx)$$

$$\mp \frac{q^{\frac{2n-m+1}{2}} \sin. \mathrm{A}. (2n - m + 1)\varphi}{n + 1} \mathrm{A. tang.} \frac{x\sqrt{(4q - pp)}}{2 + px},$$

ubi signa superiora valent, si m sit numerus par, inferiora vero, si m sit numerus impar. Superest igitur, ut in factores trinomiales denominatoris $1 - x^{2n+2}$ inquiramus, ex quibus ob $1 - xx$ factorem iam in computum ductum constet productum

$$1 + x^2 + x^4 + x^6 + \cdots + x^{2n}.$$

Haec forma si cum theoremate in solutione primi problematis allegato comparetur, erit alternatim $a = 0$, $b = 1$, $c = 0$, $d = 1$ etc. At quod ad terminum medium attinet, quem posuimus mx^n, erit utique $m = 1$, si n sit numerus par, at erit $m = 0$, si n sit numerus impar. Quare duo casus sunt tractandi, alter, quo n est numerus par, qui dat hanc aequationem

$$\cos. \mathrm{A}. n\psi + \cos. \mathrm{A}. (n - 2)\psi + \cos. \mathrm{A}. (n - 4)\psi + \cdots + \cos. \mathrm{A}. 2\psi + \frac{1}{2} = 0,$$

alter casus, quo n est numerus impar, dat hanc aequationem

$$\cos. \mathrm{A}. n\psi + \cos. \mathrm{A}. (n - 2)\psi + \cos. \mathrm{A}. (n - 4)\psi + \cdots + \cos. \mathrm{A}. \psi = 0,$$

ex quibus n diversi arcus ψ eruuntur, quorum cosinus bis sumti praebebunt valores pro p substituendos in factore generali $1 + px + qxx$, et q semper est $= 1$, ita ut factor quisque trinomialis sit futurus $1 + 2x \cos. \mathrm{A}. \psi + xx$ estque $\varphi = \psi$.

Sit primo n numerus par atque aequatio

$$\cos. \mathrm{A}. n\psi + \cos. \mathrm{A}. (n - 2)\psi + \cos. \mathrm{A}. (n - 4)\psi + \cdots + \cos. \mathrm{A}. 2\psi + \frac{1}{2} = 0,$$

quae eodem modo quo in solutione Problematis 2 tractata tandem dabit $\psi = \frac{k\pi}{n + 1}$, atque loco k substituendo successive numeros $1, 2, 3, \ldots n$ prodibunt

n diversi valores pro ψ simulque pro φ. Quamobrem casu, quo n est numerus par, formulae propositae differentialis $\frac{x^m\,dx}{1-x^{2n+2}}$ integrale erit

$$\pm\frac{1}{2(n+1)}\,l(1+x)-\frac{1}{2(n+1)}\,l(1-x)$$

$$\pm\frac{1}{2(n+1)}\cos.\mathrm{A}.\frac{(m+1)\pi}{n+1}\,l\left(1+2x\cos.\mathrm{A}.\frac{\pi}{n+1}+xx\right)$$

$$\pm\frac{1}{n+1}\sin.\mathrm{A}.\frac{(m+1)\pi}{n+1}\,\mathrm{A.\,tang.}\,\frac{x\sin.\mathrm{A}.\frac{\pi}{n+1}}{1+x\cos.\mathrm{A}.\frac{\pi}{n+1}}$$

$$\pm\frac{1}{2(n+1)}\cos.\mathrm{A}.\frac{2(m+1)\pi}{n+1}\,l\left(1+2x\cos.\mathrm{A}.\frac{2\pi}{n+1}+xx\right)$$

$$\pm\frac{1}{n+1}\sin.\mathrm{A}.\frac{2(m+1)\pi}{n+1}\mathrm{A.\,tang.}\,\frac{x\sin.\mathrm{A}.\frac{2\pi}{n+1}}{1+x\cos.\mathrm{A}.\frac{2\pi}{n+1}}$$

$$\pm\frac{1}{2(n+1)}\cos.\mathrm{A}.\frac{3(m+1)\pi}{n+1}\,l\left(1+2x\cos.\mathrm{A}.\frac{3\pi}{n+1}+xx\right)$$

$$\pm\frac{1}{n+1}\sin.\mathrm{A}.\frac{3(m+1)\pi}{n+1}\,\mathrm{A.\,tang.}\,\frac{x\sin.\mathrm{A}.\frac{3\pi}{n+1}}{1+x\cos.\mathrm{A}.\frac{3\pi}{n+1}}$$

$$\vdots$$

$$\pm\frac{1}{2(n+1)}\cos.\mathrm{A}.\frac{n(m+1)\pi}{n+1}\,l\left(1+2x\cos.\mathrm{A}.\frac{n\pi}{n+1}+xx\right)$$

$$\pm\frac{1}{n+1}\sin.\mathrm{A}.\frac{n(m+1)\pi}{n+1}\,\mathrm{A.\,tang.}\,\frac{x\sin.\mathrm{A}.\frac{n\pi}{n+1}}{1+x\cos.\mathrm{A}.\frac{n\pi}{n+1}},$$

ubi signorum ambiguorum superiora valent, si m est numerus par, inferiora vero, si m numerus impar.

Ponamus iam n esse numerum imparem atque ad arcuum ψ vel φ valores inveniendos resolvi oportet hanc aequationem

$$\cos.\mathrm{A}.\,n\psi+\cos.\mathrm{A}.(n-2)\psi+\cos.\mathrm{A}.(n-4)\psi+\cdots+\cos.\mathrm{A}.\,3\psi+\cos.\mathrm{A}.\,\psi=0.$$

Quorum arcuum in progressione arithmetica progredientium cum sit differentia $=2\psi$, erit

$$\cos.\mathrm{A}.\,n\psi=2\cos.\mathrm{A}.\,2\psi\cdot\cos.\mathrm{A}.(n-2)\psi-\cos.\mathrm{A}.(n-4)\psi.$$

Formemus ergo has aequationes

$$+ \cos. A. n\psi + \cdots + \cos. A. 5\psi + \cos. A. 3\psi + \cos. A. \psi = 0,$$
$$- 2\cos. A. 2\psi \cdot \cos. A. n\psi - 2\cos. A. 2\psi \cdot \cos. A. (n-2)\psi - \cdots$$
$$- 2\cos. A. 2\psi \cdot \cos. A. 3\psi - 2\cos. A. 2\psi \cdot \cos. A. \psi = 0,$$
$$+ \cos. A. n\psi + \cos. A. (n-2)\psi + \cos. A. (n-4)\psi + \cdots + \cos. A. \psi = 0,$$

quarum summa dabit hanc aequationem

$$(1 - 2\cos. A. 2\psi)\cos. A. n\psi + \cos. A. (n-2)\psi + \cos. A. 3\psi$$
$$+ (1 - 2\cos. A. 2\psi)\cos. A. \psi = 0.$$

At est

$$\cos. A. 3\psi = \cos. A. \psi \cdot \cos. A. 2\psi - \sin. A. \psi \cdot \sin. A. 2\psi$$

et

$$\cos. A. 3\psi - 2\cos. A. \psi \cdot \cos. A. 2\psi$$
$$= - \cos. A. \psi \cdot \cos. A. 2\psi - \sin. A. \psi \cdot \sin. A. 2\psi = - \cos. A. \psi,$$

ex quo erit

$$\cos. A. 3\psi + (1 - 2\cos. A. 2\psi)\cos. A. \psi = 0.$$

Deinde est

$$\cos. A. (n-2)\psi = \sin. A. 2\psi \cdot \sin. A. n\psi + \cos. A. 2\psi \cdot \cos. A. n\psi.$$

Quibus substitutis habetur haec aequatio

$$\cos. A. n\psi + \sin. A. 2\psi \cdot \sin. A. n\psi - \cos. A. 2\psi \cdot \cos. A. n\psi = 0$$

seu

$$\cos. A. n\psi = \cos. A. (n+2)\psi.$$

At est generaliter $\cos. A. n\psi = \cos. A. (2k\pi - n\psi)$ denotante k numerum quemcunque integrum, unde fit $2k\pi - n\psi = (n+2)\psi$ atque $\psi = \frac{k\pi}{n+1}$; qui valor quia congruit cum eo, quem casu praecedente, quo n est numerus par, invenimus, patet quoque isto casu idem proditurum esse integrale quod in casu praecedente.

Quocirca sive n sit numerus par sive impar, idem prodit integrale hocque integrale iam casu praecedente exhibuimus, ita ut problemati ex asse sit satisfactum. Q. E. I.

SCHOLION 1

62. Quod ambae aequationes, quas pro arcu ψ determinando invenimus, cum casu, quo n est numerus par, tum, quo est impar, eosdem plane valores arcus ψ praebeant, etiamsi ipsae aequationes omnino discrepant, mirum videri potest. Sin autem rem curatius inspiciamus, reperiemus binas illas aequationes in hac una contineri

$$0 = \cos. A. n\psi + \cos. A. (n-2)\psi + \cos. A. (n-4)\psi + \cdots$$
$$+ \cos. A. -(n-4)\psi + \cos. A. -(n-2)\psi + \cos. A. -n\psi;$$

cum enim cosinus arcuum negativorum aequentur cosinibus eorundem arcuum affirmative sumtorum, termini extremi inter se sunt aequales ideoque eundem terminum duplicatum dabunt, et si n sit numerus par, terminus in medio $\cos. A. 0\psi = 1$ solitarius relinquetur. Quare cum resolutio huius aequationis pro utroque casu valeat, necesse est, ut eadem reperiatur expressio pro arcu ψ, sive n sit numerus par sive impar. Si enim ad modum serierum recurrentium summam omnium terminorum investigemus, proveniet

$$0 = (1 - 2\cos. A. 2\psi)\cos. A. n\psi + \cos. A. (n-2)\psi$$
$$+ (1 - 2\cos. A. 2\psi)\cos. A. -n\psi + \cos. A. -(n-2)\psi,$$

hoc est, ob $\cos. A. -n\psi = \cos. A. n\psi$ et $\cos. A. -(n-2)\psi = \cos. A. (n-2)\psi$ erit

$$0 = \cos. A. (n-2)\psi - 2\cos. A. 2\psi \cdot \cos. A. n\psi + \cos. A. n\psi$$

atque ex lege progressionis ob

$$\cos. A. (n+2)\psi = 2\cos. A. 2\psi \cdot \cos. A. n\psi - \cos. A. (n-2)\psi$$

erit

$$\cos. A. (n+2)\psi = \cos. A. n\psi.$$

At est generaliter $\cos. A. n\psi = \cos. A. (2k\pi - n\psi)$, unde oritur

$$2k\pi - n\psi = (n+2)\psi \quad \text{hincque} \quad \psi = \frac{k\pi}{n+1},$$

sive n sit numerus par sive impar[1]). Adnotari hic convenit arcum ψ esse eiusmodi, ut $2n+2$ vicibus sumtus det peripheriam totam aliquoties sumtam, ex quo erit $\cos. A. 2(n+1)\psi = 1$. Quamobrem si expressionis

---

1) Editio princeps: *sive n sit numerus affirmativus sive negativus.*   Correxit A. G.

$1 - x^{2n+2}$ factor seu divisor fuerit $1 \pm 2x \cos. \mathrm{A}.\psi + xx$, arcus ψ ita erit comparatus, ut sit $1 - \cos. \mathrm{A}.(2n+2)\psi = 0$, quo ipso ingens analogia cum expressione $1 - x^{2n+2}$ perspicitur in reliquis casibus confirmanda. Iste autem factor $1 - 2x \cos. \mathrm{A}.\psi + xx$ non solum factores trinomiales formae $1 - x^{2n+2}$ in se complectitur, verum etiam ipsos factores simplices reales eiusdem formulae, nempe $1 + x$ et $1 - x$, indicat; namque vi determinationis esse potest $\psi = \pi$ et $\psi = 2\pi$; priori casu fit $\cos. \mathrm{A}.\psi = -1$, altero $\cos. \mathrm{A}.\psi = 1$, unde oriuntur hi factores $1 + 2x + xx$ et $1 - 2x + xx$, qui sunt quadrata factorum simplicium $1 + x$ et $1 - x$. Neque vero discrimen inter quadrata et radices scrupulum movere potest, cum in logarithmis, ad quos totum negotium refertur, totum discrimen in coefficientes cadat, quos hic non respicimus. Haec vero observatio confirmatur in reliquis formulis adhuc tractatis; nam si formae $1 + x^{2n}$ factor sit $1 + 2x \cos. \mathrm{A}.\psi + xx$, erit $\psi = \frac{k\pi}{2n}$ denotante k numerum quemcunque imparem; erit ergo $2n\psi = k\pi$ et $1 + \cos. \mathrm{A}.2n\psi = 0$. In Problemate 2 vidimus, si formulae $1 + x^{2n+1}$ factor seu divisor sit $1 + 2x \cos. \mathrm{A}.\psi + xx$, fore $\psi = \frac{k\pi}{2n+1}$ denotante k numerum parem, ex quo erit $1 - \cos. \mathrm{A}.(2n+1)\psi = 0$. Atque ex solutione Problematis 3 colligitur, si formae $1 - x^{2n+1}$ factor fuerit $1 - 2x \cos. \mathrm{A}.\psi + xx$, fore $1 - \cos. \mathrm{A}.(2n+1)\psi = 0$. Haecque omnia huc redeunt, ut si expressionis $1 + x^k$ divisor fuerit $1 \pm 2x \cos. \mathrm{A}.\psi + xx$, fore $1 \pm \cos. \mathrm{A}.k\psi = 0$. In casu ergo signi superioris $+$ arcus ψ valores sunt $\frac{\pi}{k}$, $\frac{3\pi}{k}$, $\frac{5\pi}{k}$ etc., pro signo autem inferiore sunt $\frac{0\pi}{k}$, $\frac{2\pi}{k}$, $\frac{4\pi}{k}$, $\frac{6\pi}{k}$ etc. Si pro ψ tot capiantur termini, quot k continet unitates, quilibet factor $1 \pm 2x \cos. \mathrm{A}.\psi + xx$ bis occurrit exceptis aliquot casibus, quibus est $\cos. \mathrm{A}.\psi$ vel $+1$ vel -1. Ex quo sequitur

$$1 \pm x^k$$

esse productum ex k factoribus huius formae

$$\sqrt{(1 \pm 2x \cos. \mathrm{A}.\psi + xx)}$$

tribuendo ipsi ψ successive valores huius progressionis

$$\frac{\pi}{k}, \quad \frac{3\pi}{k}, \quad \frac{5\pi}{k}, \quad \frac{7\pi}{k}, \quad \ldots \quad \frac{(2k-1)\pi}{k},$$

si signum $+$ valeat et k sit numerus par, at pro ceteris casibus hos[1]

$$\frac{0\pi}{k}, \quad \frac{2\pi}{k}, \quad \frac{4\pi}{k}, \quad \frac{6\pi}{k}, \quad \ldots \quad \frac{(2k-2)\pi}{k}.$$

---

1) Editio princeps: *si signum + valeat, at pro signo —, hos.* EULERUS hic et p. 141 pro $1 + x^k$ casus, quibus k sit numerus par seu impar, non discernit.　　A. G.

Huius igitur theorematis ope per divisionem circuli factores tam simplices quam trinomiales formulae $1 \pm x^k$ exhiberi possunt hocque theorema elegantissimum CoTESIO[1]) debetur.   Est vero

$$V(1 \pm 2x \cos. \text{A}. \psi + xx) = V\big((x \pm \cos. \text{A}. \psi)^2 + (\sin. \text{A}. \psi)^2\big),$$

unde satis illa concinna constructio geometrica sponte sequitur.

SCHOLION 2

63. Inveniri hinc possunt per circuli divisionem omnes radices huius aequationis $x^k \pm 1 = 0$, hoc est omnes numeri sive reales sive imaginarii, quorum potestates exponentis k faciunt vel -1 vel $+1$.

Ac primo quidem aequationis

$$x^k - 1 = 0$$

radices invenientur ex aequatione

$$xx - 2x \cos. \text{A}. \psi + 1 = 0$$

substituendo loco ψ successive hos numero k arcus

$$\frac{0\,\pi}{k}, \quad \frac{2\,\pi}{k}, \quad \frac{4\,\pi}{k}, \quad \ldots \frac{(2k-2)\,\pi}{k}$$

eritque $x = \cos. \text{A}. \psi + V - 1 \cdot \sin. \text{A}. \psi$.   Ex quo omnes radices, quarum numerus est k, huius aequationis $x^k - 1 = 0$ erunt sequentes

$$x = \cos. \text{A}. \frac{0\,\pi}{k} - \frac{1}{V-1} \sin. \text{A}. \frac{0\,\pi}{k} = 1,$$

$$x = \cos. \text{A}. \frac{2\,\pi}{k} - \frac{1}{V-1} \sin. \text{A}. \frac{2\,\pi}{k},$$

$$x = \cos. \text{A}. \frac{4\,\pi}{k} - \frac{1}{V-1} \sin. \text{A}. \frac{4\,\pi}{k},$$

$$\vdots$$

$$x = \cos. \text{A}. \frac{(2k-2)\pi}{k} - \frac{1}{V-1} \sin. \text{A}. \frac{(2k-2)\pi}{k}.$$

Harum ergo expressionum omnium potestates, quarum exponens est $= k$, faciunt unitatem.

---

1) R. CoTES (1682—1716), *Harmonia mensurarum*, Cantabrigiae 1722, p. 113.   A. G.

Deinde aequationis

$$x^k + 1 = 0$$

[k denotante numerum parem][1]) radices omnes inveniuntur ex aequatione

$$xx + 2x \cos. A. \psi + 1 = 0$$

substituendo loco ψ successive hos arcus numero k, qui sunt

$$\frac{\pi}{k}, \quad \frac{3\pi}{k}, \quad \frac{5\pi}{k}, \quad \frac{7\pi}{k}, \quad \ldots \quad \frac{(2k-1)\pi}{k}$$

eritque adeo $x = - \cos. A. \psi + \dfrac{1}{\sqrt{-1}} \sin. A. \psi$. Hanc ob rem omnes radices huius aequationis $x^k + 1 = 0$, quarum numerus est k, erunt sequentes

$$x = - \cos. A. \frac{\pi}{k} + \frac{1}{\sqrt{-1}} \sin. A. \frac{\pi}{k},$$

$$x = - \cos. A. \frac{3\pi}{k} + \frac{1}{\sqrt{-1}} \sin. A. \frac{3\pi}{k},$$

$$x = - \cos. A. \frac{5\pi}{k} + \frac{1}{\sqrt{-1}} \sin. A. \frac{5\pi}{k},$$

$$\vdots$$

$$x = - \cos. A. \frac{(2k-1)\pi}{k} + \frac{1}{\sqrt{-1}} \sin. A. \frac{(2k-1)\pi}{k}$$

harumque expressionum omnium potestates exponentis k faciunt -1.

PROBLEMA 5

64. *Invenire integrale huius formulae differentialis* $\dfrac{x^m dx}{1 + 2hx^n + x^{2n}}$ *existente m numero integro minore quam $2n$ et $hh < 1$.*

SOLUTIO

Quia est $hh < 1$, denominator $1 + 2hx^n + x^{2n}$ factorem simplicem realem non habebit, quare is in factores trinomiales resolvi debet. Sit factor trinomialis $1 + px + qxx$, qui sit productum ex his duobus simplicibus imaginariis $(1 + rx)(1 + sx)$. Quaeratur ergo integralis pars ex utroque factore simplici

---

1) Vide notam p. 139.   A. G.

$1 + rx$ et $1 + sx$ oriunda secundum praecepta § 28. Hunc in finem erit numerator $P = x^m$ et denominator $Q = 1 + 2hx^n + x^{2n}$, unde

$$\frac{dQ}{dx} = 2nhx^{n-1} + 2nx^{2n-1}.$$

Ex his fit propter $p = r$ vel s illo loco

$$V = \frac{x^m p}{2n(hx^{n-1} + x^{2n-1})} = \frac{r\left(-\frac{1}{r}\right)^m}{2n\left(h\left(-\frac{1}{r}\right)^{n-1} + \left(-\frac{1}{r}\right)^{2n-1}\right)} \quad \text{seu} \quad V = \frac{-(-r)^{2n-m}}{2n + 2nh(-r)^n}.$$

Atque ex factore $1 + px + qxx = (1 + rx)(1 + sx)$ nascitur integralis pars haec

$$\frac{-(-r)^{2n-m}}{2n(1 + h(-r)^n)}\int \frac{dx}{1 + rx} + \frac{-(-s)^{2n-m}}{2n(1 + h(-s)^n)}\int \frac{dx}{1 + sx}$$

seu

$$\int \frac{\left\{\begin{array}{l} -((-r)^{2n-m} + (-s)^{2n-m} + hq^n(-r)^{n-m} + hq^n(-s)^{n-m})dx \\ + (q(-r)^{2n-m-1} + q(-s)^{2n-m-1} + hq^{n+1}(-r)^{n-m-1} + hq^{n+1}(-s)^{n-m-1})xdx \end{array}\right\}}{2n(1 + h(-r)^n + h(-s)^n + hhq^n)(1 + px + qxx)}.$$

At est $(-r)^k + (-s)^k = \pm r^k \pm s^k$, ubi signa superiora valent, si sit k numerus par, inferiora, si sit impar. Hinc ad eundem modum quo in solutione Problematis 1 posito φ arcu circuli, cuius cosinus $= \frac{p}{2\sqrt{q}}$, erit

$$(-r)^k + (-s)^k = \pm 2q^{\frac{k}{2}} \cos. \text{A.} \, k\varphi = 2q^{\frac{k}{2}} \cos. \text{A.} \, k(\pi - \varphi).$$

Hinc facta substitutione erit integrale ex factore $1 + px + qxx$ oriundum

$$\int \frac{\left\{\begin{array}{l} \left(-2q^{\frac{2n-m}{2}} \cos. \text{A.}(2n-m)(\pi - \varphi) - 2hq^{\frac{3n-m}{2}} \cos. \text{A.}(n-m)(\pi - \varphi)\right)dx \\ + \left(2q^{\frac{2n-m+1}{2}} \cos. \text{A.}(2n-m-1)(\pi - \varphi) + 2hq^{\frac{3n-m+1}{2}} \cos. \text{A.}(n-m-1)(\pi - \varphi)\right)xdx \end{array}\right\}}{2n(1 + 2hq^{\frac{n}{2}} \cos. \text{A.} \, n(\pi - \varphi) + hhq^n)(1 + px + qxx)},$$

cuius integrale est

$$\frac{q^{\frac{2n-m-1}{2}} \cos. \text{A.}(2n-m-1)(\pi - \varphi) + hq^{\frac{3n-m-1}{2}} \cos. \text{A.}(n-m-1)(\pi - \varphi)}{2n(1 + 2hq^{\frac{n}{2}} \cos. \text{A.} \, n(\pi - \varphi) + hhq^n)} l(1 + px + qxx)$$

$$+ \frac{q^{\frac{2n-m-1}{2}} \sin. \text{A.}(2n-m-1)(\pi - \varphi) + hq^{\frac{3n-m-1}{2}} \sin. \text{A.}(n-m-1)(\pi - \varphi)}{n(1 + 2hq^{\frac{n}{2}} \cos. \text{A.} \, n(\pi - \varphi) + hhq^n)} \text{A.tang.} \frac{x\sqrt{(4q - pp)}}{2 + px}.$$

Superest, ut singulos factores trinomiales denominatoris investigemus; in quem finem theorema in solutione primi problematis adhibitum huc transferamus eritque $m = 2h$ et obtinebimus hanc aequationem cos. A. $n\psi \pm h = 0$; signum $+$ valet, si n sit numerus par, signum $-$ vero, si n sit numerus impar. Sit ω arcus, cuius cosinus $= \mp h$, nempe $-h$, si n numerus par, et $+h$, si n sit impar, eritque cos. A. $n\psi =$ cos. A. $\omega =$ cos. A. $(2k\pi - \omega)$, unde nascitur $\psi = \frac{2k\pi - \omega}{n}$, cuius n sunt valores differentes ponendo loco k successive numeros 0, 1, 2, 3, ... $(n-1)$. Quilibet ergo factor trinomialis denominatoris continetur in hac forma

$$1 + 2x \text{ cos. A. } \frac{2k\pi - \omega}{n} + xx$$

et huiusmodi factorum numerus erit $= n$; quare, cum hactenus $1 + px + qxx$ pro factore generali assumserimus, erit $q = 1$ et $p = 2$ cos. A. $\frac{2k\pi - \omega}{n}$ hincque $\varphi = \frac{2k\pi - \omega}{n}$. Integralis ergo quaesitae pars ex unoquoque denominatoris factore trinomiali oriunda erit

$$\frac{\text{cos. A. } (2n-m-1)\frac{(n-2k)\pi+\omega}{n} + h\text{cos. A.}(n-m-1)\frac{(n-2k)\pi+\omega}{n}}{2n(1 + 2h \text{ cos. A.}(n\pi + \omega) + hh)} l(1+2x\text{cos.A.}\frac{2k\pi-\omega}{n}+xx)$$

$$+ \frac{\sin. A.(2n-m-1)\frac{(n-2k)\pi+\omega}{n} + h\sin. A.(n-m-1)\frac{(n-2k)\pi+\omega}{n}}{n(1 + 2h \text{ cos. A.}(n\pi + \omega) + hh)} \text{A.tang.} \frac{x\sin. A.\frac{2k\pi-\omega}{n}}{1+x\text{cos.A.}\frac{2k\pi-\omega}{n}}.$$

Completum ergo integrale obtinebitur, si loco k successive numeri 0, 1, 2, 3, . . . $(n-1)$ substituantur atque omnes valores resultantes in unam summam colligantur existente $\omega =$ A. cos. $\mp h$. Scilicet si n est numerus par, erit $\omega =$ A. cos. $-h$, et si n est numerus impar, erit $\omega =$ A. cos. $+h$. Q. E. I.

EXEMPLUM 1

65. *Huius formulae differentialis* $\frac{dx}{1 + 2hx^2 + x^4}$ *integrale invenire existente* $hh < 1$.

Hic est $m = 0$ et $n = 2$, unde ω erit arcus, cuius cosinus $= -h$; seu si arcus, cuius cosinus $= +h$, sit ϱ, erit $\omega = \pi - \varrho$. Cognito ergo arcu ω erunt bini denominatoris factores

$$1 + 2x \text{ cos. A. } \frac{\omega}{2} + xx \quad \text{et} \quad 1 - 2x \text{ cos. A. } \frac{\omega}{2} + xx,$$

ex quibus nascetur integrale quaesitum

$$- \frac{\cos. A. \frac{3\omega}{2} + h \cos. A. \frac{\omega}{2}}{4(1 + 2h \cos. A. \omega + hh)} l(1 + 2x \cos. A. \frac{\omega}{2} + xx)$$

$$+ \frac{\sin. A. \frac{3\omega}{2} + h \sin. A. \frac{\omega}{2}}{2(1 + 2h \cos. A. \omega + hh)} A. \tang. \frac{x \sin. A. \frac{\omega}{2}}{1 + x \cos. A. \frac{\omega}{2}}$$

$$+ \frac{\cos. A. \frac{3\omega}{2} + h \cos. A. \frac{\omega}{2}}{4(1 + 2h \cos. A. \omega + hh)} l(1 - 2x \cos. A. \frac{\omega}{2} + xx)$$

$$+ \frac{\sin. A. \frac{3\omega}{2} + h \sin. A. \frac{\omega}{2}}{2(1 + 2h \cos. A. \omega + hh)} A. \tang. \frac{x \sin. A. \frac{\omega}{2}}{1 - x \cos. A. \frac{\omega}{2}}.$$

At cum sit $\cos. A. \omega = - h$, erit $1 + 2h \cos. A. \omega + hh = 1 - hh$ et

$$\cos. A. \frac{3\omega}{2} + h \cos. A. \frac{\omega}{2} = - \sin. A. \omega \cdot \sin. A. \frac{\omega}{2},$$

unde erit integrale quaesitum

$$\frac{1}{8 \cos. A. \frac{\omega}{2}} l \frac{1 + 2x \cos. A. \frac{\omega}{2} + xx}{1 - 2x \cos. A. \frac{\omega}{2} + xx} + \frac{1}{4 \sin. A. \frac{\omega}{2}} A. \tang. \frac{2x \sin. A. \frac{\omega}{2}}{1 - xx}.$$

SCHOLION 1

66. Ex hoc exemplo videmus generaliter esse

$$1 + 2h \cos. A. (n\pi + \omega) + hh = 1 - hh = \sin. A. \omega \cdot \sin. A. \omega;$$

nam si n sit numerus par, erit $\cos. A. (n\pi + \omega) = \cos. A. \omega = - h$, et si n sit numerus impar, erit $\cos. A. (n\pi + \omega) = - \cos. A. \omega = - h$. Deinde etiam numeratores in genere compendiosius exprimere poterimus. Si enim n sit numerus par, quo casu est $h = - \cos. A. \omega$, erit

$$\cos. A. n \frac{(n - 2k)\pi + \omega}{n} = \cos. A. \omega$$

et

$$\cos. A. (2n - m - 1) \frac{(n - 2k)\pi + \omega}{n}$$

$$= \cos. A. \omega \cdot \cos. A. (n - m - 1) \frac{(n - 2k)\pi + \omega}{n} - \sin. A. \omega \cdot \sin. A. (n - m - 1) \frac{(n - 2k)\pi + \omega}{n}$$

atque

$$\sin. A. (2n - m - 1)\frac{(n - 2k)\pi + \omega}{n}$$

$$= \sin. A. \omega \cdot \cos. A. (n-m-1)\frac{(n-2k)\pi+\omega}{n} + \cos. A. \omega \cdot \sin. A. (n-m-1)\frac{(n-2k)\pi+\omega}{n}.$$

Casu ergo, quo n est numerus par, erit forma integralis

$$\frac{-\sin. A. (n-m-1)\frac{(n-2k)\pi+\omega}{n}}{2n \sin. A. \omega} l\left(1 + 2x \cos. A. \frac{2k\pi-\omega}{n} + xx\right)$$

$$+ \frac{\cos. A. (n-m-1)\frac{(n-2k)\pi+\omega}{n}}{n \sin. A. \omega} A. \tan g. \frac{x \sin. A. \frac{2k\pi-\omega}{n}}{1 + x \cos. A. \frac{2k\pi-\omega}{n}}.$$

Sit iam n numerus impar; erit $h = \cos. A. \omega$ et

$$\cos. A. ((n-2k)\pi+\omega) = -\cos. A. \omega, \quad \sin. A. ((n-2k)\pi+\omega) = -\sin. A. \omega;$$

ex his oritur

$$\cos. A. (2n-m-1)\frac{(n-2k)\pi+\omega}{n}$$

$$= -h\cos. A. (n-m-1)\frac{(n-2k)\pi+\omega}{n} + \sin. A. \omega \cdot \sin. A. (n-m-1)\frac{(n-2k)\pi+\omega}{n}$$

parique modo

$$\sin. A. (2n-m-1)\frac{(n-2k)\pi+\omega}{n}$$

$$= -\sin. A. \omega \cdot \cos. A. (n-m-1)\frac{(n-2k)\pi+\omega}{n} - \cos. A. \omega \cdot \sin. A. (n-m-1)\frac{(n-2k)\pi+\omega}{n},$$

ex quo casu, quo n est numerus impar, erit integralis forma

$$\frac{+\sin. A. (n-m-1)\frac{(n-2k)\pi+\omega}{n}}{2n \sin. A. \omega} l\left(1 + 2x \cos. A. \frac{2k\pi-\omega}{n} + xx\right)$$

$$- \frac{\cos. A. (n-m-1)\frac{(n-2k)\pi+\omega}{n}}{n \sin. A. \omega} A. \tan g. \frac{x \sin. A. \frac{2k\pi-\omega}{n}}{1 + x \cos. A. \frac{2k\pi-\omega}{n}},$$

quae duae expressiones utique multo sunt simpliciores ea, quae in solutione prodiit.

EXEMPLUM 2

67. *Huius formulae differentialis* $\frac{dx}{1 + 2hx^3 + x^6}$ *integrale invenire existente* $hh < 1$.

Hic est $m = 0$, $n = 3$ ideoque forma scholii posterior valet et erit $\omega = A. \cos. h$; hinc erit integrale quaesitum

$$\frac{+\sin. A. \frac{2}{3}\omega}{6 \sin. A. \omega} l(1 + 2x \cos. A. \frac{\omega}{3} + xx) + \frac{\cos. A. \frac{2}{3}\omega}{3 \sin. A. \omega} A. \tang. \frac{x \sin. A. \frac{\omega}{3}}{1 + x \cos. A. \frac{\omega}{3}}$$

$$+ \frac{\sin. A. \frac{2}{3}(\pi + \omega)}{6 \sin. A. \omega} l(1 + 2x \cos. A. \frac{2\pi - \omega}{3} + xx)$$

$$- \frac{\cos. A. \frac{2}{3}(\pi + \omega)}{3 \sin. A. \omega} A. \tang. \frac{x \sin. A. \frac{2\pi - \omega}{3}}{1 + x \cos. A. \frac{2\pi - \omega}{3}}$$

$$- \frac{\sin. A. \frac{2}{3}(\pi - \omega)}{6 \sin. A. \omega} l(1 + 2x \cos. A. \frac{2\pi + \omega}{3} + xx)$$

$$- \frac{\cos. A. \frac{2}{3}(\pi - \omega)}{3 \sin. A. \omega} A. \tang. \frac{x \sin. A. \frac{2\pi + \omega}{3}}{1 + x \cos. A. \frac{2\pi + \omega}{3}}.$$

SCHOLION 2

68. Formulae illae integrales adhuc commodius exprimi possunt, ita ut nunquam arcus negativi occurrant.

Primo nimirum, si n sit numerus par, quo casu est $\cos. A. \omega = -h$, erit cuiusvis partis integralis haec forma posito $n - m - 1 = i$

$$\frac{-\sin. A. \frac{i}{n}((n + 2k)\pi + \omega)}{2n \sin. A. \omega} l(1 + 2x \cos. A. \frac{2k\pi + \omega}{n} + xx)$$

$$- \frac{\cos. A. \frac{i}{n}((n + 2k)\pi + \omega)}{n \sin. A. \omega} A. \tang. \frac{x \sin. A. \frac{2k\pi + \omega}{n}}{1 + x \cos. A. \frac{2k\pi + \omega}{n}}.$$

Altero autem casu, quo est n numerus impar et cos. A. $\omega = + h$, posito iterum $n - m - 1 = i$ erit integralis portio quaecunque

$$\frac{+ \sin. A. \frac{i}{n}((n + 2k)\pi + \omega)}{2n \sin. A. \omega} l\left(1 + 2x \cos. A. \frac{2k\pi + \omega}{n} + xx\right)$$

$$+ \frac{\cos. A. \frac{i}{n}((n + 2k)\pi + \omega)}{n \sin. A. \omega} A. \tan. \frac{x \sin. A. \frac{2k\pi + \omega}{n}}{1 + x \cos. A. \frac{2k\pi + \omega}{n}}.$$

In utroque casu integrale constabit ex n huiusmodi partibus, quae obtinentur, si loco k successive substituantur numeri $0, 1, 2, 3, \ldots n - 1$. Praeterea hic notandum est, si sit i numerus par, fore

$$\sin. A. \frac{i}{n}((n + 2k)\pi + \omega) = \sin. A. \frac{i}{n}(2k\pi + \omega)$$

et

$$\cos. A. \frac{i}{n}((n + 2k)\pi + \omega) = \cos. A. \frac{i}{n}(2k\pi + \omega).$$

Quodsi autem fuerit i numerus impar, erit

$$\sin. A. \frac{i}{n}((n + 2k)\pi + \omega) = - \sin. A. \frac{i}{n}(2k\pi + \omega)$$

et

$$\cos. A. \frac{i}{n}((n + 2k)\pi + \omega) = - \cos. A. \frac{i}{n}(2k\pi + \omega).$$

EXEMPLUM 3

69. *Huius formulae differentialis* $\frac{xx\,dx}{1 + 2hx^4 + x^8}$ *integrale invenire existente* $hh < 1$.

Erit hic $m = 2$ et $n = 4$, ex quo formula priori erit utendum. Sit igitur ω arcus, cuius cosinus $= - h$, et quia $n - m - 1 = i = 1$ numero impari, erit

$$\sin. A. \frac{i}{n}((n + 2k)\pi + \omega) = - \sin. A. \frac{2k\pi + \omega}{4}$$

et

$$\cos. A. \frac{i}{n}((n + 2k)\pi + \omega) = - \cos. A. \frac{2k\pi + \omega}{4}.$$

19*

Hanc ob rem formulae propositae integrale reperietur sequenti modo expressum

$$+ \frac{\sin.\, A.\, \frac{\omega}{4}}{8 \sin.\, A.\, \omega} l\left(1 + 2x \cos.\, A.\, \frac{\omega}{4} + xx\right) + \frac{\cos.\, A.\, \frac{\omega}{4}}{4 \sin.\, A.\, \omega} A.\, \mathrm{tang.}\, \frac{x \sin.\, A.\, \frac{\omega}{4}}{1 + x \cos.\, A.\, \frac{\omega}{4}}$$

$$+ \frac{\sin.\, A.\, \frac{2\pi + \omega}{4}}{8 \sin.\, A.\, \omega} l\left(1 + 2x \cos.\, A.\, \frac{2\pi + \omega}{4} + xx\right)$$

$$+ \frac{\cos.\, A.\, \frac{2\pi + \omega}{4}}{4 \sin.\, A.\, \omega} A.\, \mathrm{tang.}\, \frac{x \sin.\, A.\, \frac{2\pi + \omega}{4}}{1 + x \cos.\, A.\, \frac{2\pi + \omega}{4}}$$

$$+ \frac{\sin.\, A.\, \frac{4\pi + \omega}{4}}{8 \sin.\, A.\, \omega} l\left(1 + 2x \cos.\, A.\, \frac{4\pi + \omega}{4} + xx\right)$$

$$+ \frac{\cos.\, A.\, \frac{4\pi + \omega}{4}}{4 \sin.\, A.\, \omega} A.\, \mathrm{tang.}\, \frac{x \sin.\, A.\, \frac{4\pi + \omega}{4}}{1 + x \cos.\, A.\, \frac{4\pi + \omega}{4}}$$

$$+ \frac{\sin.\, A.\, \frac{6\pi + \omega}{4}}{8 \sin.\, A.\, \omega} l\left(1 + 2x \cos.\, A.\, \frac{6\pi + \omega}{4} + xx\right)$$

$$+ \frac{\cos.\, A.\, \frac{6\pi + \omega}{4}}{4 \sin.\, A.\, \omega} A.\, \mathrm{tang.}\, \frac{x \sin.\, A.\, \frac{6\pi + \omega}{4}}{1 + x \cos.\, A.\, \frac{6\pi + \omega}{4}}\cdot$$

SCHOLION 3

70. Si in formula differentiali proposita $\frac{x^m dx}{1 + 2hx^n + x^{2n}}$ foret $hh > 1$, tum integratio per problemata praecedentia absolvi poterit. Namque hoc casu denominator in hos duos factores reales

$$1 + x^n(h + \sqrt{(hh - 1)}) \quad \text{et} \quad 1 + x^n(h - \sqrt{(hh - 1)})$$

resolvitur, ex quo ipsa formula differentialis proposita distribui poterit in binas formulas, quarum denominatores erunt hi duo factores, atque hanc ob rem earum integralia reperiri poterunt per praecepta ante tradita. Idem praestari poterit, si formula differentialis proposita fuerit $\frac{x^m dx}{1 + 2hx^n - x^{2n}}$, quippe quo casu denominator pariter resolvi poterit in duos factores reales, cuiusmodi ante tractavimus.

METHODUS FACILIOR ATQUE EXPEDITIOR INTEGRANDI
FORMULAS DIFFERENTIALES RATIONALES

1. Cum igitur omnium formularum rationalium integratio*) per praecepta tradita semper absolvi queat, dummodo denominatoris factores sive simplices sive trinomiales habeantur, nihil amplius ad methodum ante expositam superaddendum videbatur. Verum tamen hic omnia, quae ante explicuimus, non solum modo magis naturali ex propriis fontibus deducemus, verum etiam praecepta ita adornabimus, ut integratio omnium huiusmodi formularum multo facilius atque expeditius perfici queat. Primum enim methodum tam latissime patentem quam facilem aperiemus cuiuscunque denominatoris factores trinomiales inveniendi, dum antea hos factores eruimus ope cuiuspiam theorematis MOIVREANI[1]), quod tantum valet, quando supremae potestates variabilis x iisdem quibus infimae coefficientibus sunt coniunctae; hocque ipso integrationem ad plurimas alias formulas accommodare poterimus, ad quas prior methodus minus genuina non sufficit. Deinde inventis factoribus tam simplicibus quam trinomialibus methodum longe simpliciorem ac faciliorem communicabimus ex quolibet factore denominatoris respondentem integralis partem determinandi, in quo negotio ante usi sumus methodo cum nimis operosa tum ex alienis principiis deducta. Tertio methodus, quam hic ostendemus, ad omnes formulas differentiales erit aeque accommodata neque

---

*) Vide superiorem methodum integrandi [Commentatio 162 huius voluminis].

1) Vide notam p. 115.   A. G.

ulla opus erit reductione, quemadmodum ante necesse erat, ubi primum ex denominatore factores, qui erant potestates ipsius x, elicere atque tum terminum denominatoris absolutum unitati aequalem reddere oportebat.

2. Sit igitur proposita formula differentialis quaecunque $\frac{M}{N} dx$, cuius integrale requiratur, sintque M et N functiones quaecunque ipsius x huius formae

$$\alpha + \beta x + \gamma x^2 + \delta x^3 + \varepsilon x^4 + \text{etc.}$$

tam ratione numeri terminorum quam potestatum ipsius x utcunque comparatae. Ad integrationem iam absolvendam oportet fractionem $\frac{M}{N}$ in partes simpliciores reales resolvere, quarum denominatores sint vel binomia $p + qx$ vel trinomia $p + qx + rxx$, quemadmodum ante vidimus. Continebuntur vero etiam in fractione $\frac{M}{N}$ partes integrae, si variabilis x in numeratore M totidem pluresve habeat dimensiones quam in denominatore. Quodsi ergo fractio $\frac{M}{N}$ in huiusmodi partes sive integras sive fractas fuerit resoluta, quaelibet pars per dx multiplicata et integrata dabit integralis quaesiti partem atque omnes istae integralis partes ex singulis partibus, in quas fractio $\frac{M}{N}$ resolvitur, oriundae iunctim sumtae praebebunt integrale formulae $\frac{M}{N} dx$ quaesitum. Totum ergo negotium huc redit, ut fractionis $\frac{M}{N}$ omnes partes simplices eruamus sive integras sive fractas; tum enim singulis per dx multiplicatis integratio facili negotio absolvetur.

3. Partes integras autem fractio $\frac{M}{N}$, uti iam monuimus, in se complectitur, si x totidem pluresve habeat dimensiones in numeratore M quam in denominatore N. Contra autem si x pauciores habeat dimensiones in numeratore M quam in denominatore N, tum partes integrae in fractione $\frac{M}{N}$ omnino non continentur hincque consequenter nullae partes in integrale inducuntur. Ponamus igitur variabilem x in numeratore M non pauciores habere dimensiones quam in denominatore; tum partes integrae in fractione $\frac{M}{N}$ contentae more consueto per divisionem eliciuntur. Sit enim

$$\frac{M}{N} = \frac{A x^{n+m} + B x^{n+m-1} + C x^{n+m-2} + D x^{n+m-3} + \text{etc.}}{\alpha x^n + \beta x^{n-1} + \gamma x^{n-2} + \delta x^{n-3} + \text{etc.}};$$

manifestum est partem integram ex divisione oriundam huiusmodi formam esse habituram

$$\mathfrak{A} x^m + \mathfrak{B} x^{m-1} + \mathfrak{C} x^{m-2} + \mathfrak{D} x^{m-3} + \cdots + \mathfrak{M},$$

ad cuius coefficientes $\mathfrak{A}$, $\mathfrak{B}$, $\mathfrak{C}$, $\mathfrak{D}$ etc. inveniendos hoc tantum requiritur, ut ista pars integra per denominatorem $\alpha x^n + \beta x^{n-1} + \gamma x^{n-2} +$ etc. multiplicetur et termini omnes, quibus exponens ipsius x non minor est quam n, terminis respondentibus numeratoris aequentur. Tum igitur orietur

$$A = \alpha \mathfrak{A},$$
$$B = \alpha \mathfrak{B} + \beta \mathfrak{A},$$
$$C = \alpha \mathfrak{C} + \beta \mathfrak{B} + \gamma \mathfrak{A},$$
$$D = \alpha \mathfrak{D} + \beta \mathfrak{C} + \gamma \mathfrak{B} + \delta \mathfrak{A}$$

$$\text{etc.}$$

hincque coefficientes quaesiti emergent hoc modo

$$\mathfrak{A} = \frac{A}{\alpha},$$
$$\mathfrak{B} = \frac{B}{\alpha} - \frac{\beta A}{\alpha^2},$$
$$\mathfrak{C} = \frac{C}{\alpha} - \frac{\beta B}{\alpha^2} + \frac{(\beta^2 - \alpha\gamma) A}{\alpha^3},$$
$$\mathfrak{D} = \frac{D}{\alpha} - \frac{\beta C}{\alpha^2} + \frac{(\beta^2 - \alpha\gamma) B}{\alpha^3} - \frac{(\beta^3 - 2\alpha\beta\gamma + \alpha^2\delta) A}{\alpha^4}$$

$$\text{etc.}$$

4. Hoc itaque modo, qui divisioni actuali idem omnino praebiturae anteferendus videtur, facili negotio invenitur fractionis $\frac{M}{N}$ pars integra

$$\mathfrak{A} x^m + \mathfrak{B} x^{m-1} + \mathfrak{C} x^{m-2} + \mathfrak{D} x^{m-3} + \cdots + \mathfrak{M},$$

definiendis scilicet coefficientibus $\mathfrak{A}$, $\mathfrak{B}$, $\mathfrak{C}$ etc. His autem definitis simul obtinebitur pars integralis quaesiti ex ista parte integra oriunda, quippe quae erit

$$\frac{\mathfrak{A} x^{m+1}}{m+1} + \frac{\mathfrak{B} x^m}{m} + \frac{\mathfrak{C} x^{m-1}}{m-1} + \cdots + \mathfrak{M} x + \mathfrak{N}$$

denotante $\mathfrak{N}$ quantitatem quamcunque constantem. Neque vero opus est, quemadmodum ante methodo minus genuina usi fecimus, ut simul partem fractam, quae cum parte integra inventa coniuncta totam fractionem propositam $\frac{M}{N}$ constituat, determinemus, sed sufficiet partem integram tantum in-

vestigasse ex eaque integralis partem convenientem eruisse. Reliquas enim integralis partes ex partibus fractis fractionis $\frac{M}{N}$ oriundas immediate ex ipsa fractione $\frac{M}{N}$ elicere docebimus, ita ut non opus habeamus illa saepenumero laboriosa reductione fractionis $\frac{M}{N}$ ad aliam, in qua variabilis x pauciores obtineat dimensiones in numeratore M quam in denominatore N; quae tamen reductio necessaria erat visa in methodo praecedente, ubi praeterea factores solitarios denominatoris N formae x^k seorsim elicere atque reliqui denominatoris terminum absolutum unitati aequalem efficere coacti fueramus. Methodo autem, quam hic sumus traditi, nulla istiusmodi praeparatione erit opus.

5. Inventa parte integra, si quae continetur in fractione $\frac{M}{N}$, ex eaque integralis parte conveniente progrediamur ad partes fractas singulas simpliciores in fractione $\frac{M}{N}$ contentas eruendas, ut ex his quoque integralis quaesiti partes oriundae obtineantur. Ista autem investigatio maximam partem in inventione factorum simpliciorum denominatoris N absolvitur; qui factores cum ex instituto nostro, quo totum integrale in forma reali exhibere constituimus, debeant esse reales, erunt illi vel simplices binomiales huius formae $p + qx$ vel trinomiales $p + qx + rxx$, cuiusmodi factores reales semper exhiberi posse cum docuimus tum in sequentibus fusius docebimus, etiamsi factores simplices sint imaginarii. Primum igitur de factoribus simplicibus $p + qx$ agemus, qui in denominatore N continentur; inveniuntur hi ex resolutione aequationis $N = 0$; quodsi enim huius aequationis radix fuerit inventa $x = a$, tum simul $x - a$ divisor erit quantitatis N. Omnia ergo subsidia, quae adhuc sunt inventa ad radices aequationum algebraicarum eruendas, in praesenti negotio maximam afferent utilitatem. Probe autem discerni debebunt factores reales ab imaginariis, cum priores solos hoc loco in usum vocemus posteriores seorsim tractaturi. Ex resolutione vero aequationum intelligitur, si maximus exponens ipsius x in N fuerit numerus impar, tum denominatorem N certissime unum esse habiturum factorem simplicem realem; praeterea vero subinde plures habebit, id quod aequationis $N = 0$ resolutio docebit.

6. Sit igitur $p + qx$ factor denominatoris N isque realis atque ex eo nascatur fractionis propositae $\frac{M}{N}$ ista pars

$$\frac{P}{p + qx},$$

cuius numeratorem P, quem quantitatem constantem esse oportet, sequenti ratiocinio determinabimus.   Cum $p + qx$ sit factor denominatoris N, sit

$$\frac{N}{p + qx} = S$$

eritque alterius fractionis, quae instar complementi cum $\frac{P}{p + qx}$ coniuncta constituit fractionem $\frac{M}{N}$, denominator S.   Quare si a fractione $\frac{M}{N}$ seu $\frac{M}{(p + qx)S}$ subtrahamus fractionem simplicem $\frac{P}{p + qx}$, residuae fractionis $\frac{M - PS}{(p + qx)S}$ numerator $M - PS$ divisibilis erit per $p + qx$, quo fractio oriatur denominatorem habens S, uti innuimus.   Cum igitur quantitas $M - PS$ sit divisibilis per $p + qx$, fiet ea $= 0$, si ponatur $p + qx = 0$ sive $x = -\frac{p}{q}$.   Substituto ergo in M et S ubique $-\frac{p}{q}$ loco x, erit $M - PS = 0$ hincque nascitur

$$P = \frac{M}{S}.$$

Erit itaque numerator ille constans assumtus $P = \frac{M}{S}$, postquam in M et S ubique loco x substitutum fuerit $-\frac{p}{q}$; quo facto quantitas $\frac{M}{S}$ abibit in quantitatem constantem.   Ex denominatoris ergo N factore $p + qx$ oritur fractionis $\frac{M}{N}$ pars $\frac{M}{S(p + qx)}$ hincque integralis quaesiti proveniet pars

$$\frac{M}{S} \int \frac{dx}{p + qx} = \frac{M}{Sq} l(p + qx)$$

sicque ex singulis denominatoris N factoribus simplicibus convenientes integralis partes reperientur.

EXEMPLUM 1

7.   *Huius formulae differentialis* $\frac{x^3 + x^2}{x - 1} dx$ *integrale invenire.*

Quia hic est $\frac{M}{N} = \frac{x^3 + x^2}{x - 1}$, in hac fractione partes integrae continentur, quae vel per divisionem vel modum ante traditum erutae erunt $x^2 + 2x + 2$, unde nascitur haec integralis pars

$$\frac{x^3}{3} + xx + 2x + C.$$

Deinde cum totus denominator N ex unico factore $x-1$ constet, erit $p=-1$, $q=1$ et $S=\frac{N}{x-1}=1$. Iam ex factore $x-1$ nihilo aequali posito oritur $x=1$, quo valore in $\frac{M}{S}=x^3+x^2$ substituto prodit 2, ideoque ex denominatore N obtinetur integralis pars haec

$$2\int\frac{dx}{x-1}=2l(x-1).$$

Quoniam vero totum integrale componitur ex partibus, quae tam ex parte integra quam fracta resultant, erit integrale formulae propositae $\frac{x^3+x^2}{x-1}dx$ haec quantitas finita

$$\frac{x^3}{3}+x^2+2x+C+2l(x-1),$$

cuius veritas per differentiationem facile comprobatur.

EXEMPLUM 2

8. *Huius formulae differentialis $\frac{xx+2ax}{aa-xx}dx$ integrale invenire.*

Quia variabilis x in numeratore $xx+2ax$ tot habet dimensiones quot in denominatore $aa-xx$, pars integra in fractione $\frac{xx+2ax}{aa-xx}$ continetur, quae per divisionem est -1, unde integralis pars nascitur

$$-x+C.$$

Porro denominator $aa-xx$ in factores $(a-x)(a+x)$ resolvitur; ex priori $a-x$ fit $x=a$ et $\frac{M}{S}=\frac{xx+2ax}{a+x}=\frac{3a}{2}$ posito $x=a$, unde integralis pars ex factore $a-x$ oriunda est

$$\frac{3a}{2}\int\frac{dx}{a-x}=-\frac{3a}{2}l(a-x).$$

Ex altero factore $a+x$, qui dat $x=-a$, fit $\frac{M}{S}=\frac{xx+2ax}{a-x}=-\frac{a}{2}$ indeque integralis pars oritur haec

$$-\frac{a}{2}\int\frac{dx}{a+x}=-\frac{a}{2}l(a+x).$$

Integrale ergo quaesitum repertum est

$$=C-x-\frac{3a}{2}l(a-x)-\frac{a}{2}l(a+x).$$

EXEMPLUM 3

9. *Huius formulae differentialis* $\dfrac{x\,x\,dx}{(1-x)\,(2-x)\,(3-x)\,(4-x)}$ *integrale invenire.*

Hic variabilis x in numeratore pauciores habet dimensiones quam in denominatore ideoque in hac fractione partes integrae non continentur. Ad denominatoris ergo factores aggredimur, qui singuli sunt simplices reales. Primus factor $1-x$ dat $x=1$ et $S=(2-x)(3-x)(4-x)$ hincque $\dfrac{M}{S}=\dfrac{x\,x}{(2-x)\,(3-x)\,(4-x)}=\dfrac{1}{6}$ posito $x=1$; ex primo ergo factore $1-x$ nascitur integralis pars

$$\frac{1}{6}\int\frac{dx}{1-x}=-\frac{1}{6}\,l(1-x).$$

Secundus factor $2-x$ dat $x=2$ et $\dfrac{M}{S}=\dfrac{x\,x}{(1-x)\,(3-x)\,(4-x)}=-\dfrac{4}{2}=-2$ posito $x=2$ hincque nascitur integralis pars

$$-2\int\frac{dx}{2-x}=2\,l(2-x).$$

Tertius factor $3-x$ dat $x=3$ et $\dfrac{M}{S}=\dfrac{x\,x}{(1-x)\,(2-x)\,(4-x)}=\dfrac{9}{2}$, unde oritur integralis pars

$$\frac{9}{2}\int\frac{dx}{3-x}=-\frac{9}{2}\,l(3-x).$$

Quartus factor $4-x$ dat $x=4$ et $\dfrac{M}{S}=\dfrac{x\,x}{(1-x)\,(2-x)\,(3-x)}=-\dfrac{16}{1\cdot2\cdot3}=-\dfrac{16}{6}=-\dfrac{8}{3}$, unde prodit conveniens integralis pars

$$-\frac{8}{3}\int\frac{dx}{4-x}=\frac{8}{3}\,l(4-x).$$

Ex his ergo formulae differentialis propositae $\dfrac{x\,x\,dx}{(1-x)\,(2-x)\,(3-x)\,(4-x)}$ integrale colligitur

$$=C-\frac{1}{6}\,l(1-x)+2\,l(2-x)-\frac{9}{2}\,l(3-x)+\frac{8}{3}\,l(4-x).$$

10. Ex his igitur exemplis clare intelligitur, quemadmodum propositae formulae differentialis, cuius denominator in factores simplices reales inter se inaequales est resolubilis, integrale inveniri oporteat, sive variabilis x in numeratore pauciores sive plures habeat dimensiones quam in denominatore. Huius negotii praecipua pars absolvitur in coefficientis investigatione, per

20*

quem formula $\int \frac{dx}{p+qx}$ multiplicari debet, ut integrale ex denominatoris N factore $p + qx$ oriundum obtineatur. Invenimus autem hunc coefficientem esse $\frac{M}{S}$, postquam ubique loco x eius valor $-\frac{p}{q}$, quem obtinet ex aequatione $p + qx = 0$, fuerit substitutus. Hunc igitur valorem $-\frac{p}{q}$ loco x tam in M quam in S substitui oportet. Est autem M numerator formulae differentialis propositae $\frac{M}{N} dx$, qui perpetuo manet idem, at S pro quovis factore denominatoris $p + qx$ variatur, cum sit $S = \frac{N}{p+qx}$, ita ut S habeatur, si totus denominator N per suum factorem $p + qx$ dividatur. Quodsi ergo denominator N in suos factores iam fuerit vel actu resolutus vel facile resolubilis, tum omittendo factorem propositum $p + qx$ statim emergit valor litterae S, in quo loco x valorem constantem $-\frac{p}{q}$ substitui oportet; hocque casu expedite reperitur valor coefficientis $\frac{M}{S}$ ponendo ubique $-\frac{p}{q}$ loco x.

11. Sin autem quotus, qui oritur ex divisione denominatoris N per suum factorem $p + qx$, fiat admodum prolixus vel etiam indefinitus, uti si fuerit $N = 1 + x^{99}$ eiusque divisor $1 + x$, vel si sit $N = 1 - x^n$ eiusque factor $1 - x$ (priori enim casu quotus S constaret ex 99 terminis, posteriori autem numerus terminorum foret etiam indefinitus n; unde substitutio loco x facienda fieret admodum operosa neque valor ipsius S, nisi summatio serierum in subsidium vocetur, commode exhiberi posset) his igitur casibus alium modum tradi conveniet, quo expedite valor ipsius S, quem induit posito $-\frac{p}{q}$ loco x, indicari queat. Cum enim sit $S = \frac{N}{p+qx}$, quaeritur valor fractionis $\frac{N}{p+qx}$ resultans, si loco x ponatur $-\frac{p}{q}$; hoc autem casu non solum denominator fractionis $\frac{N}{p+qx}$ evanescit, sed etiam numerator N, eo quod ipse sit per $p + qx$ divisibilis. Quocirca valor fractionis $\frac{N}{p+qx}$ posito $-\frac{p}{q}$ loco x idem erit ac fractionis huius $\frac{dN}{q\,dx}$ eadem facta substitutione, quae fractio ex illa oritur differentiando tam numeratorem N quam denominatorem $p + qx$ sumta x pro variabili. Erit itaque $S = \frac{dN}{q\,dx}$ posito ubique $-\frac{p}{q}$ loco x ac totus coefficiens requisitus $\frac{M}{S}$ erit $\frac{Mq\,dx}{dN}$ posito ubique $-\frac{p}{q}$ loco x, unde pars integralis ex denominatoris N factore $p + qx$ oriunda erit

$$\frac{Mq\,dx}{dN} \int \frac{dx}{p+qx} = \frac{M\,dx}{dN} l(p + qx).$$

12. Compendium hoc insigni emolumento adhibebitur in inveniendis partibus integralis huiusmodi formularum differentialium

$$\frac{x^m\,dx}{a^n - b^n x^n}$$

ex denominatoris $a^n - b^n x^n$ factoribus. Cum enim denominatoris $a^n - b^n x^n$ factor sit $a - bx$, fiet ex hoc factore $S = \frac{a^n - b^n x^n}{a - bx}$ existente $M = x^m$ et $N = a^n - b^n x^n$. Facto ergo $x = \frac{a}{b}$ fiet

$$M = \frac{a^m}{b^m} \quad \text{et} \quad S = \frac{-nb^n x^{n-1}dx}{-b\,dx} = nb^{n-1}x^{n-1} = na^{n-1} \quad \text{atque} \quad \frac{M}{S} = \frac{a^{m-n+1}}{nb^m},$$

qui valor congruit cum $\frac{Mq\,dx}{dN}$ seu $-\frac{Mb\,dx}{dN}$ ob $q = -b$ posito $x = \frac{a}{b}$; est enim $dN = -nb^n x^{n-1}dx$ et $-\frac{Mb\,dx}{dN} = \frac{bx^m}{nb^n x^{n-1}} = \frac{x^{m-n+1}}{nb^{n-1}} = \frac{a^{m-n+1}}{nb^m}$ posito $x = \frac{a}{b}$. Quocirca ex denominatoris $a^n - b^n x^n$ factore $a - bx$ integralis formulae $\frac{x^m\,dx}{a^n - b^n x^n}$ nascetur ista pars

$$\frac{a^{m-n+1}}{nb^m}\int\frac{dx}{a - bx} = \frac{-a^{m-n+1}}{nb^{m+1}}\,l(a - bx),$$

quae priori via sine summatione serierum inveniri non potuisset.

13. Duplicem ergo nacti sumus viam partem integralis, quae ex denominatoris N factore quocunque simplici oritur, assignandi. Sit enim in formula differentiali proposita $\frac{M}{N}dx$ denominatoris N factor simplex $p + qx$; erit integralis pars ex hoc factore oriunda vel $\frac{M}{S}.\int\frac{dx}{p + qx}$ existente $S = \frac{N}{p + qx}$ vel $\frac{Mq\,dx}{dN}\int\frac{dx}{p + qx}$ posito in utroque coefficiente ubique $-\frac{p}{q}$ loco x, quem valorem x obtinet ex posito factore $p + qx = 0$. Quovis igitur casu oblato ea via uti conveniet, quae fuerit facilior atque ad operationem accommodatior; perpetuo enim utraque via ad eundem coefficientem deducet. Sic in hac formula differentiali $\frac{dx}{1 + x - 2x^4}$ est $M = 1$ et $N = 1 + x - 2x^4$ huiusque denominatoris divisor $1 - x$, ita ut sit $p = 1$, $q = -1$. Via ergo priori est $S = 1 + 2x + 2xx + 2x^3$ et $\frac{M}{S} = \frac{1}{7}$ posito $x = 1$, unde integralis pars ex factore $1 - x$ oriunda erit

$$\frac{1}{7}\int\frac{dx}{1 - x} = -\frac{1}{7}\,l(1 - x).$$

Via autem posteriori est $dN = dx - 8x^3 dx$ et $\frac{Mq\,dx}{dN} = \frac{1}{8x^3 - 1} = \frac{1}{7}$ posito $x = 1$ prorsus ut ante.

14. Quamquam haec methodus perpetuo tuta nullisque difficultatibus obnoxia videatur, tamen eius usus penitus cessat, si denominator N duos pluresve habeat factores inter se aequales. Ponamus enim denominatorem N divisibilem esse per $(p + qx)^2$; erit coefficiens portionis integralis $\int \frac{dx}{p+qx}$ pro uno factore $p+qx$, uti vidimus, $= \frac{M}{S}$ posito $p+qx = 0$ seu $x = -\frac{p}{q}$. Quoniam vero est $S = \frac{N}{p+qx}$, erit S etiamnunc per $p+qx$ divisibile ideoque facto $x = -\frac{p}{q}$ fiet $S = 0$ hincque coefficiens $\frac{M}{S}$ abibit in infinitum. Utriusque ergo portionis integralis $\int \frac{dx}{p+qx}$ ex binis factoribus $p+qx$ et $p+qx$ oriundae coefficiens fiet infinitus, alterius quidem affirmativus, alterius negativus, ita ut integralis portio ex binis coniunctim oriunda sit differentia inter duo infinita, quam finitam esse posse ex natura infiniti satis liquet. Quanta autem sit ea differentia, ex alio fonte decidi oportet, quem mox aperiemus.

15. Ponamus igitur fractionis $\frac{M}{N}$ denominatorem N duos habere factores aequales seu divisibilem esse per $(p+qx)^2$, ita ut sit $N = (p+qx)^2 S$, atque partem fractionis $\frac{M}{N}$, quae ex hoc factore quadrato $(p+qx)^2$ oritur, seorsim investigemus. Sit igitur pars ista

$$\frac{A}{p+qx} + \frac{B}{(p+qx)^2}$$

ac reliqua pars, quae cum hac fractionem $\frac{M}{N}$ constituit, sit $\frac{T}{S}$, ubi A et B quantitates constantes, T vero functionem variabilem ipsius x integram denotabit, quam nosse non opus habemus; sufficiet enim coefficientes A et B determinasse. Cum igitur sit

$$\frac{T}{S} = \frac{M}{N} - \frac{A}{p+qx} - \frac{B}{(p+qx)^2},$$

ob $N = (p+qx)^2 S$ erit

$$\frac{T}{S} = \frac{M - A(p+qx)S - BS}{(p+qx)^2 S} \quad \text{ideoque} \quad T = \frac{M - A(p+qx)S - BS}{(p+qx)^2};$$

quae cum quantitas integra esse debeat, necesse est, ut quantitas $M - A(p+qx)S - BS$ sit divisibilis per $(p+qx)^2$. Quoniam autem S non amplius per $p+qx$ divisibilem esse ponimus, eo quod denominatorem N tantum per quadratum $(p+qx)^2$, non vero aliam potestatem superiorem divi

sibilem esse assumimus, necesse est, ut $\frac{M}{S} - A(p+qx) - B$ sit divisibile per $(p+qx)^2$. Ex natura igitur aequationum, cum quantitas $\frac{M}{S} - A(p+qx) - B$ duos habeat factores aequales, oportet, ut tam ipsa quam eius differentiale $d.\frac{M}{S} - Aq\,dx$ sit divisibilis per $p+qx$; ergo tam ipsa illa quantitas quam eius differentiale evanescet posito $p+qx=0$ seu $x=-\frac{p}{q}$. Fiat igitur $x=-\frac{p}{q}$ ac prior aequatio dabit $\frac{M}{S} - B = 0$ seu $B = \frac{M}{S}$, posterior vero $A = \frac{d.\frac{M}{S}}{q\,dx}$. Determinatis ergo coefficientibus A et B ex formula differentiali $\frac{M}{N}dx$, cuius denominator N factorem habet $(p+qx)^2$, hic ipse factor praebebit integralis partem hanc

$$\frac{d.\frac{M}{S}}{q\,dx}\int \frac{dx}{p+qx} + \frac{M}{S}\int \frac{dx}{(p+qx)^2}$$

posito in coefficientibus ubique $-\frac{p}{q}$ loco x.

16. Si denominator N habeat tres factores aequales seu divisibilis sit per $(p+qx)^3$, ex eo orietur eiusmodi pars

$$\frac{A}{(p+qx)^3} + \frac{B}{(p+qx)^2} + \frac{C}{p+qx},$$

quae a fractione $\frac{M}{N}$ ablata relinquet fractionem $\frac{T}{S}$ existente $S = \frac{N}{(p+qx)^3}$. Fiet ergo

$$T = \frac{M - AS - B(p+qx)S - C(p+qx)^2 S}{(p+qx)^3};$$

quae cum quantitas integra esse debeat, oportebit

$$M - AS - B(p+qx)S - C(p+qx)^2 S$$

seu

$$\frac{M}{S} - A - B(p+qx) - C(p+qx)^2$$

divisibile esse per $(p+qx)^3$, id quod eveniet, si et ipsa illa quantitas et eius differentiale et eius differentio-differentiale fuerint per $p+qx$ divisibilia.

Quare sequentes tres quantitates

$$\frac{M}{S} - A - B(p+qx) - C(p+qx)^2,$$

$$d.\frac{M}{S} - Bqdx - 2C(p+qx)qdx,$$

$$dd.\frac{M}{S} - 2Cqqdx^2$$

divisibiles esse oportet per $p+qx$ ideoque singulae, si in ipsis ponatur $p+qx=0$ seu $x=-\frac{p}{q}$, evanescent. Ponatur ergo in singulis $x=-\frac{p}{q}$ atque ex prima orietur $A=\frac{M}{S}$, ex secunda $B=\frac{1}{qdx}d.\frac{M}{S}$ et ex tertia $C=\frac{1}{2qqdx^2}dd.\frac{M}{S}$. His coefficientibus inventis ex denominatoris N factore cubico $(p+qx)^3$ orietur sequens integralis pars

$$\frac{M}{S}\int\frac{dx}{(p+qx)^3} + \frac{1}{qdx}d.\frac{M}{S}\cdot\int\frac{dx}{(p+qx)^2} + \frac{1}{2q^2dx^2}dd.\frac{M}{S}\cdot\int\frac{dx}{p+qx}$$

posito in coefficientibus ubique $-\frac{p}{q}$ loco x ac existente $S=\frac{N}{(p+qx)^3}$.

17. Simili modo, si ponamus formulae differentialis $\frac{M}{N}dx$ denominatorem N quatuor habere factores aequales seu divisibilem esse per $(p+qx)^4$, ita ut sit $S=\frac{N}{(p+qx)^4}$ quantitas integra. Quodsi iam ex hoc factore $(p+qx)^4$ nasci ponatur ista integralis pars

$$A\int\frac{dx}{(p+qx)^4} + B\int\frac{dx}{(p+qx)^3} + C\int\frac{dx}{(p+qx)^2} + D\int\frac{dx}{p+qx},$$

ostendetur pari quo ante modo hanc quantitatem

$$\frac{M}{S} - A - B(p+qx) - C(p+qx)^2 - D(p+qx)^3$$

divisibilem esse oportere per $(p+qx)^4$. Hoc autem eveniet, si praeter hanc ipsam quantitatem eius differentialia primi, secundi ac tertii gradus singula fuerint divisibilia per $p+qx$. Hinc itaque per $p+qx$ divisibiles erunt quatuor sequentes quantitates

$$\frac{M}{S} - A - B(p+qx) - C(p+qx)^2 - D(p+qx)^3,$$

$$d.\frac{M}{S} - Bqdx - 2C(p+qx)qdx - 3D(p+qx)^2qdx,$$

$$dd.\frac{M}{S} - 2Cqqdx^2 - 6D(p+qx)q^2dx^2,$$

$$d^3.\frac{M}{S} - 6Dq^3dx^3;$$

singulae ergo evanescent posito $x = -\frac{p}{q}$. Facto autem ubique $x = -\frac{p}{q}$ prima aequatio dabit $A = \frac{M}{S}$, secunda dabit $B = \frac{1}{qdx}d.\frac{M}{S}$, tertia dabit $C = \frac{1}{2q^2dx^2}dd.\frac{M}{S}$ et quarta dabit $D = \frac{1}{6q^3dx^3}d^3.\frac{M}{S}$. Ex his colligitur integralis pars ex denominatoris factore $(p+qx)^4$ oriunda

$$= \frac{M}{S}\int\frac{dx}{(p+qx)^4} + \frac{1}{qdx}d.\frac{M}{S}\cdot\int\frac{dx}{(p+qx)^3} + \frac{1}{2q^2dx^2}dd.\frac{M}{S}\cdot\int\frac{dx}{(p+qx)^2}$$

$$+ \frac{1}{6q^3dx^3}d^3.\frac{M}{S}\cdot\int\frac{dx}{p+qx}$$

posito in omnibus coefficientibus $x = -\frac{p}{q}$.

18. Facili igitur negotio hos coefficientes determinamus, quos in superiori tractatione per prolixissimos calculos eruimus ac pro altioribus potestatibus tantum per inductionem conclusimus, haecque determinatio pro factoribus simplicibus cuiuscunque formae valet, cum superior ad hanc tantum formam $1+qx$ esset accommodata. Hic autem ulterius progressuri inductione non indigemus; si enim denominatoris M factor sit $(p+qx)^n$ hincque integralis pars oriunda ponatur

$$= A\int\frac{dx}{(p+qx)^n} + B\int\frac{dx}{(p+qx)^{n-1}} + C\int\frac{dx}{(p+qx)^{n-2}} + D\int\frac{dx}{(p+qx)^{n-3}} + \text{etc.},$$

ratiocinio supra adhibito patebit posito $S = \frac{N}{(p+qx)^n}$ per $(p+qx)^n$ divisibilem esse debere hanc expressionem

$$\frac{M}{S} - A - B(p+qx) - C(p+qx)^2 - D(p+qx)^3 - E(p+qx)^4 - \text{etc.}$$

Tam igitur haec ipsa expresssio quam eius differentialia ordinis primi, secundi, tertii etc. usque ad ordinem $n-1$ inclusive singula per $p+qx$ divisibilia esse oportet:

$$\frac{M}{S} - A - B(p+qx) - C(p+qx)^2 - D(p+qx)^3 - E(p+qx)^4 - \text{etc.},$$

$$d.\frac{M}{S} - Bqdx - 2C(p+qx)qdx - 3D(p+qx)^2qdx - 4E(p+qx)^3qdx - \text{etc.},$$

$$dd.\frac{M}{S} - 2Cq^2dx^2 - 6D(p+qx)q^2dx^2 - 12E(p+qx)^2q^2dx^2 - \text{etc.},$$

$$d^3.\frac{M}{S} - 6Dq^3dx^3 - 24E(p+qx)q^3dx^3 - 60F(p+qx)^2q^3dx^3 - \text{etc.},$$

$$d^4.\frac{M}{S} - 24Eq^4dx^4 - 120F(p+qx)q^4dx^4 - \text{etc.},$$

$$d^5.\frac{M}{S} - 120Fq^5dx^5 - \text{etc.}$$

<div align="center">etc.</div>

Quodsi iam ponatur $p+qx=0$ seu $x=-\frac{p}{q}$, singulae istae expressiones evanescunt indeque reperitur

$$A = \frac{M}{S} \qquad\qquad D = \frac{1}{6q^3dx^3}d^3.\frac{M}{S}$$

$$B = \frac{1}{qdx}d.\frac{M}{S} \qquad\qquad E = \frac{1}{24q^4dx^4}d^4.\frac{M}{S}$$

$$C = \frac{1}{2q^2dx^2}dd.\frac{M}{S} \qquad\qquad F = \frac{1}{120q^5dx^5}d^5.\frac{M}{S}$$

<div align="center">etc.</div>

Ex his igitur colligitur integralis quaesiti pars ex denominatoris N factore $(p+qx)^n$ oriunda fore

$$\frac{M}{S}\int\frac{dx}{(p+qx)^n} + \frac{1}{qdx}d.\frac{M}{S}\cdot\int\frac{dx}{(p+qx)^{n-1}} + \frac{1}{2q^2dx^2}dd.\frac{M}{S}\cdot\int\frac{dx}{(p+qx)^{n-2}}$$

$$+ \frac{1}{6q^3dx^3}d^3.\frac{M}{S}\cdot\int\frac{dx}{(p+qx)^{n-3}} + \frac{1}{24q^4dx^4}d^4.\frac{M}{S}\cdot\int\frac{dx}{(p+qx)^{n-4}} + \cdots$$

$$+ \frac{1}{1\cdot2\cdot3\cdots(n-1)q^{n-1}dx^{n-1}}d^{n-1}.\frac{M}{S}\cdot\int\frac{dx}{p+qx}$$

existente $S = \frac{N}{(p+qx)^n}$ atque in coefficientibus ubique posito $x=-\frac{p}{q}$.

EXEMPLUM 4

19. *Huius formulae differentialis* $\dfrac{(1-x)\,dx}{x^4(2x-1)^3(3x-2)^2(4x-3)}$ *integrale invenire.*

Hic est $M = 1 - x$ et $N = x^4(2x-1)^3(3x-2)^2(4x-3)$, et cum variabilis x in numeratore M pauciores habeat dimensiones quam in denominatore N, nulla pars integra in fractione $\dfrac{M}{N}$ continetur nullaque inde nascitur integralis pars. Consideremus ergo factores denominatoris ac primo quidem x^4; erit

$$S = (2x-1)^3(3x-2)^2(4x-3)$$

et $p = 0$ atque $q = 1$, unde ponendum erit $x = -\dfrac{p}{q} = 0$. Iam ad coefficientes requisitos inveniendos erit

$$\frac{M}{S} = \frac{1-x}{(2x-1)^3(3x-2)^2(4x-3)} = \frac{1}{12},$$

$$d.\frac{M}{S} = \frac{120x^3 - 288x^2 + 223x - 56}{(2x-1)^4(3x-2)^3(4x-3)^2}\,dx = \frac{7}{9}\,dx,$$

$$dd.\frac{M}{S} = \frac{-17280x^5 + 65664x^4 - 98016x^3 + 72068x^2 - 26162x + 3758}{(2x-1)^5(3x-2)^4(4x-3)^3}\,dx^2 = \frac{1879}{216}dx^2,$$

$$d^3.\frac{M}{S} = \left(\frac{-26162}{432} + \frac{37580}{432} + \frac{45096}{864} + \frac{45096}{1296}\right)dx^3 = \frac{24499}{216}\,dx^3.$$

Hinc ex denominatoris factore x^4 nascitur integralis pars haec

$$\frac{1}{12}\int\frac{dx}{x^4} + \frac{7}{9}\int\frac{dx}{x^3} + \frac{1879}{432}\int\frac{dx}{xx} + \frac{24499}{1296}\int\frac{dx}{x}$$

seu

$$C - \frac{1}{36x^3} - \frac{7}{18xx} - \frac{1879}{432x} + \frac{24499}{1296}\,lx.$$

Sumamus alterum factorem $(2x-1)^3$, quo est $q = 2$, $p = -1$; est valor pro x substituendus $= \dfrac{1}{2}$, deinde est

$$S = x^4(3x-2)^2(4x-3)$$

atque coefficientes quaesiti

21*

$$\frac{M}{S} = \frac{1-x}{x^4(3x-2)^3(4x-3)} = -32,$$

$$\frac{1}{dx} d.\frac{M}{S} = \frac{72x^3 - 161x^2 + 112x - 24}{x^5(3x-2)^3(4x-3)^2} = -192,$$

$$\frac{1}{dx^2} dd.\frac{M}{S} = -4352.^{1)}$$

Integralis ergo pars ex factore $(2x-1)^3$ oriunda est

$$-32\int\frac{dx}{(2x-1)^3} - 96\int\frac{dx}{(2x-1)^2} - 544\int\frac{dx}{2x-1}$$

sive

$$+\frac{8}{(2x-1)^2} + \frac{48}{2x-1} - 272\,l(2x-1).$$

Tertius denominatoris factor $(3x-2)^2$ dat $p = -2$ et $q = 3$ atque

$$S = x^4(2x-1)^3(4x-3),$$

unde ponendo $x = \frac{2}{3}$ oriuntur coefficientes

$$\frac{M}{S} = \frac{1-x}{x^4(2x-1)^3(4x-3)} = -\frac{2187}{16},$$

$$\frac{1}{dx} d.\frac{M}{S} = \frac{32805}{16};$$

integralis ergo pars ex factore $(3x-2)^2$ oriunda erit

$$-\frac{2187}{16}\int\frac{dx}{(3x-2)^2} + \frac{10935}{16}\int\frac{dx}{3x-2} \quad \text{sive} \quad +\frac{729}{16(3x-2)} + \frac{3645}{16}\,l(3x-2).$$

Tandem ultimus factor $4x-3$ dat $x = \frac{3}{4}$ atque

$$S = x^4(2x-1)^3(3x-2)^2,$$

unde erit

$$\frac{M}{S} = \frac{1-x}{x^4(2x-1)^3(3x-2)^2} = \frac{8192}{81},$$

unde integrale ex hoc factore oriundum erit

$$\frac{8192}{81}\int\frac{dx}{4x-3} = \frac{2048}{81}\,l(4x-3).$$

---

1) Editio princeps: -3200; quem ob errorem etiam sequentes valores erant corrigendi.

A. G.

Formulae itaque differentialis propositae huius

$$\frac{(1-x)\,dx}{x^4(2x-1)^3(3x-2)^2(4x-3)}.$$

integrale completum erit

$$C-\frac{1}{36\,x^3}-\frac{7}{18\,xx}-\frac{1879}{432\,x}+\frac{24499}{1296}\,lx+\frac{8}{(2x-1)^2}+\frac{48}{2x-1}-272\,l(2x-1)$$

$$+\frac{729}{16\,(3x-2)}+\frac{3645}{16}\,l(3x-2)+\frac{2048}{81}\,l(4x-3).$$

20. Convenit quandoque loco differentiationum ipsius $\frac{M}{S}$ ipso principio uti, unde eas deduximus, hocque modo facilius pervenietur ad numeratorem quaesitum. Scilicet si denominatoris N factor fuerit R, ita ut sit

$$N = RS,$$

in fractione $\frac{M}{N}$ seu $\frac{M}{RS}$ continebitur fractio simplicior $\frac{V}{R}$, si ea fuerit summa harum $\frac{V}{R}+\frac{T}{S}$. Fiet ergo

$$M = VS + TR,$$

unde oritur

$$T = \frac{M-VS}{R}.$$

Quare cum T sit quantitas integra, pro V eiusmodi quantitatem integram quaeri oportet, ut $M-VS$ divisibile fiat per R, quod autem ita effici debet, ut variabilis x pauciores obtineat dimensiones in V quam in R. Haec vero quantitatis V inventio interdum sine differentiationibus facilius absolvitur solo ratiocinio.

Sit enim pro $\frac{M}{N}$ proposita ista fractio

$$\frac{1}{x^m\,(1+x^n)},$$

ubi est $M=1$, $R=x^m$ et $S=1+x^n$, atque ad quaerendam fractionem $\frac{V}{x^m}$ in illa fractione contentam, in cuius numeratore V variabilis x pauciores habeat dimensiones quam m, oportet pro V eiusmodi functionem investigare, ut $1-V(1+x^n)$ fiat divisibile per x^m. Patet autem, ut 1 tollatur, esse debere $V=1+X$, quo substituto haec quantitas

$$X + x^n + Xx^n$$

divisibilis est reddenda per x^m. Perspicuum autem est, si fuerit $m < n$, tum divisionem succedere, si $X = 0$, ideoque casu $m < n$ in fractione $\frac{1}{x^m(1+x^n)}$ continetur haec simplicior $\frac{1}{x^m}$. Quodsi autem sit $m > n$, tum ponatur $X = Y - x^n$ habebiturque

$$Y - x^{2n} + Yx^n$$

divisibile per x^m; evenit hoc, si $m < 2n$, posito $Y = 0$; quare si $m > n$ et $m < 2n$, tum erit $X = -x^n$ et $V = 1 - x^n$. Hinc facile consequimur generatim fractionem $\frac{V}{x^m}$ fore

$$\frac{1 - x^n + x^{2n} - x^{3n} + x^{4n} - \text{etc.}}{x^m},$$

in cuius numeratore tot capiendi sunt termini, quoad ad exponentem ipsius x maiorem quam m perveniatur. In formula ergo differentiali $\frac{dx}{x^m(1+x^n)}$ ex denominatoris factore x^m haec elicitur integralis pars

$$\int \frac{dx}{x^m} - \int \frac{dx}{x^{m-n}} + \int \frac{dx}{x^{m-2n}} - \int \frac{dx}{x^{m-3n}} + \text{etc.}$$

eousque continuanda, donec exponentes ipsius x fiant negativi; ista autem integralis pars hoc pacto multo facilius reperitur quam per differentiationes ante indicatas.

21. Exposuimus igitur modum facilem atque expeditum ex factoribus simplicibus denominatoris N in formula differentiali $\frac{M}{N}dx$ ac potestatibus eorum, quae quidem in N contineantur, partes integralis quaesiti respondentes inveniendi. Totum enim integrale formulae $\frac{Mdx}{N}$ componitur ex partibus, quae cum ex quantitatibus integris in fractione $\frac{M}{N}$ contentis oriuntur tum ex singulis factoribus denominatoris N. Eae quidem integralis partes, quae ex quantitate integra in fractione $\frac{M}{N}$ contenta nascuntur, sunt perpetuo quantitates algebraicae, illae autem, quae ex factoribus simplicibus denominatoris N proficiscuntur, sunt quantitates logarithmicae, cum quibus etiam algebraicae coniunguntur, si potestas cuiuspiam factoris simplicis in denominatore N contineatur; hocque casu subinde evenire potest, ut in integrali pars logarithmica penitus evanescat solaeque quantitates algebraicae superstites maneant. Quodsi igitur denominator N omnes factores simplices habeat reales, tum integrale formulae differentialis $\frac{Mdx}{N}$, nisi est quantitas algebraica, per loga-

rithmos exhiberi potest. Sin autem in denominatore N contineantur factores simplices imaginarii, tum quidem per methodum integrandi hic expositam perveniretur ad logarithmos imaginarios, quos autem, siquidem quantitatem realem prae se ferant, ad arcus circulares reduci posse constat. Supra autem iam observavimus, si denominator N habeat factores simplices imaginarios, tum eorum numerum semper esse parem atque ex iis binos semper ita esse comparatos, ut eorum productum fiat expressio realis. Hanc ob rem loco factorum simplicium imaginariorum formari poterunt factores trinomiales reales, quorum numerus erit duplo minor, ex hisque factoribus pervenietur ad integralis partes a quadratura circuli pendentes.

22. Praecipuum igitur negotium, si denominator N habeat factores simplices imaginarios, in hoc versabitur, ut ipsius denominatoris N factores trinomiales reales exhibeantur, in quibus factores imaginarii contineantur. Sit itaque

$$p \pm rx + qxx$$

huiusmodi factor trinomialis ipsius N, cuius factores simplices sint imaginarii; erit $4pq > rr$ seu $\frac{r}{2\sqrt{pq}} < 1$. Denotabit igitur $\frac{r}{2\sqrt{pq}}$ cosinum cuiuspiam anguli, qui sit φ, ita ut sit $\frac{r}{2\sqrt{pq}} = \cos. \mathrm{A}. \varphi$ et $r = 2\sqrt{pq} \cdot \cos. \mathrm{A}. \varphi$. Quamobrem generalis forma huiusmodi factoris trinomialis erit

$$p - 2x\sqrt{pq} \cdot \cos. \mathrm{A}. \varphi + qxx$$

atque ideo in hoc nobis erit elaborandum, ut inveniamus, an huiusmodi factores trinomiales in denominatore N contineantur et quot sint futuri et quales. Patet autem in hac forma trinomiali etiam factores simplices reales comprehendi, si fiat $\varphi = 0$; tum enim ob $\cos. \mathrm{A}. \varphi = 1$ erit factor ille trinomialis $= (\sqrt{p} - x\sqrt{q})^2$ indicabitque denominatorem N divisibilem esse per $\sqrt{p} - x\sqrt{q}$; etsi concludi non potest etiam ipsius quadratum $(\sqrt{p} - x\sqrt{q})^2$ esse divisorem ipsius N; investigatio enim divisorum aequalium ex alio fonte est petenda. Quamobrem si determinaverimus, quot variis modis expressio $p - 2x\sqrt{pq} \cdot \cos. \mathrm{A}. \varphi + qxx$ tanquam factor in denominatore N contineatur, tum simul tam omnes factores trinomiales in imaginarios resolubiles quam etiam ipsos factores simplices reales assequemur. Atque hinc etiam, si ista investigatio perpetuo poterit absolvi, intelligetur, quod supra iam probavimus, omnes factores simplices imaginarios ad factores trinomiales reales reduci posse.

23. Ponamus ergo denominatoris N factorem esse

$$p - 2x \sqrt{pq} \cdot \cos. \mathrm{A}. \varphi + qxx;$$

is itaque in se complectitur hos binos factores simplices imaginarios

$$x \sqrt{q} - \sqrt{p} \cdot \cos. \mathrm{A}. \varphi + \sqrt{-p} \cdot \sin. \mathrm{A}. \varphi,$$

$$x \sqrt{q} - \sqrt{p} \cdot \cos. \mathrm{A}. \varphi - \sqrt{-p} \cdot \sin. \mathrm{A}. \varphi;$$

si igitur hi factores simplices nihilo aequales ponantur et valores ipsius x inde oriundi in N substituantur, utroque casu valor ipsius N evanescet. Fiet autem valores ipsius x coniunctim exprimendo

$$x = \sqrt{\frac{p}{q}} \cdot \cos. \mathrm{A}. \varphi \pm \sqrt{-\frac{p}{q}} \cdot \sin. \mathrm{A}. \varphi,$$

vel si ponamus commoditatis gratia $f = \sqrt{\frac{p}{q}}$, erit

$$x = f \cos. \mathrm{A}. \varphi \pm f \sqrt{-1} \cdot \sin. \mathrm{A}. \varphi;$$

uterque igitur valor ipsius x in N substitutus ad nihilum perducere debet. Colligitur autem cum ex ipsa operatione instituenda tum ex proprietatibus de multiplicatione arcuum cognitis singulas ipsius x potestates sequenti modo expressum iri

$$x^2 = ff \cos. \mathrm{A}. 2\varphi \pm ff \sqrt{-1} \cdot \sin. \mathrm{A}. 2\varphi,$$

$$x^3 = f^3 \cos. \mathrm{A}. 3\varphi \pm f^3 \sqrt{-1} \cdot \sin. \mathrm{A}. 3\varphi,$$

$$x^4 = f^4 \cos. \mathrm{A}. 4\varphi \pm f^4 \sqrt{-1} \cdot \sin. \mathrm{A}. 4\varphi$$

et generaliter

$$x^k = f^k \cos. \mathrm{A}. k\varphi \pm f^k \sqrt{-1} \cdot \sin. \mathrm{A}. k\varphi.$$

Cum igitur loco cuiusvis potestatis ipsius x duo tantum termini substitui debeant, substitutio utraque pro utroque signorum ambiguo facile absolvitur. Quod quo facilius perspiciatur, scribatur in N primo $f^k \cos. \mathrm{A}. k\varphi$ loco cuiusvis potestatis x^k sitque, quod prodit, $= P$; deinde loco x^k scribatur $f^k \sin. \mathrm{A}. k\varphi$ et, quod prodit, sit $= Q$ atque manifestum est per substitutionem

$$x^k = f^k \cos. \mathrm{A}. k\varphi \pm f^k \sqrt{-1} \cdot \sin. \mathrm{A}. k\varphi$$

denominatorem abiturum esse in

$$P \pm Q \sqrt{-1};$$

quae duplex expressio cum debeat esse $= 0$, erit tam $P = 0$ quam $Q = 0$.

24. Ad valores igitur tam pro p et q quam pro arcu φ inveniendos, qui reddant

$$p - 2x \sqrt{pq} \cdot \cos. \mathrm{A}. \varphi + qxx$$

factorem denominatoris N, posito $f = \sqrt{\dfrac{p}{q}}$ duplicem nanciscimur aequationem; primo scilicet loco x^k ponendo $f^k \cos. \mathrm{A}. k\varphi$ oritur aequatio $P = 0$ ac deinde loco x^k ponendo $f^k \sin. \mathrm{A}. k\varphi$ orietur altera aequatio $Q = 0$, ex quibus duabus aequationibus tam quantitatem f quam arcum φ determinari oportebit. Hoc autem pluribus modis semper praestari poterit, tot scilicet, quot varios factores tam simplices quam trinomiales reales denominator N in se complectitur. Simplices quidem prodeunt, si $\varphi = 0$, quo casu alter valor Q sponte fit 0 ob $\sin. \mathrm{A}. k\varphi = 0$; tum autem erit $\cos. \mathrm{A}. k\varphi = 1$ ac valor P ex N nascetur ponendo simpliciter f loco x. Quare quot ista aequatio $P = 0$ habebit radices reales, tot prodibunt factores simplices reales denominatoris N; ac si omnes radices aequationis $P = 0$ fuerint reales, tum ulteriori investigatione non erit opus. Sin autem radices imaginariae contineantur, tum alios quaeri oportet valores pro arcu φ, qui aequationibus $P = 0$ et $Q = 0$ satisfaciant, hincque convenienter valores pro f elicientur atque sic factores trinomiales obtinentur factores simplices imaginarios complectentes.

Usus autem huius regulae clarius apparebit, si eius ope factores trinomiales investigemus denominatorum, quos deinceps in exemplis sumus tractaturi. Sit igitur primum sequens proposita forma, cuius factores reales sive simplices sive trinomiales investigari oporteat,

$$\alpha + \beta x^n.$$

25. Quia substitutiones praescriptae loco potestatum ipsius x sunt faciendae, terminus absolutus α ita est spectandus, quasi esset αx^0. Posito ergo loco potestatis ipsius x generalis x^k tam $f^k \cos. \mathrm{A}. k\varphi$ quam $f^k \sin. \mathrm{A}. k\varphi$ et utraque expressione resultante facta $= 0$ sequentes duae aequationes habebuntur

$$\alpha + \beta f^n \cos. \mathrm{A}. n\varphi = 0,$$

$$\beta f^n \sin. \mathrm{A}. n\varphi = 0.$$

Primum igitur poni potest $\varphi = 0$, quo posteriori aequationi satisfiet; prior vero dabit

$$\alpha + \beta f^n = 0 \quad \text{seu} \quad f = \sqrt[n]{-\frac{\alpha}{\beta}} = \sqrt{\frac{p}{q}},$$

unde oritur divisor simplex $V p - x V q$ seu $\overset{n}{V}\alpha - x\overset{n}{V} - \beta$ sive $\overset{n}{V} - \frac{\alpha}{\beta} - x$. Quodsi ergo sit n numerus impar, semper unus habetur factor simplex realis $\overset{n}{V}\alpha - x\overset{n}{V} - \beta$. At si n sit numerus par, factor simplex realis non dabitur, nisi $-\frac{\alpha}{\beta}$ fuerit quantitas affirmativa; hoc vero casu duplex habebitur factor simplex realis, nempe $\pm \overset{n}{V} - \frac{\alpha}{\beta} - x$, sive huius expressionis $\alpha - \beta x^n$ hi duo erunt factores simplices reales $\overset{n}{V}\alpha + x\overset{n}{V}\beta$ et $\overset{n}{V}\alpha - x\overset{n}{V}\beta$, si quidem n est numerus par; hi autem casus per se sunt noti atque in sequenti investigatione denuo occurrent.

26. Non igitur sit $\varphi = 0$ atque aequatio posterior dabit sin. A. $n\varphi = 0$; ex quo posita semiperipheria circuli $= \pi$, existente radio $= 1$, erit $n\varphi = $ multiplo cuicunque semiperipheriae π, quod sit $k\pi$, hincque $\varphi = \frac{k\pi}{n}$. Hinc autem fiet cos. A. $n\varphi = $ cos. A. $k\pi = \pm 1$; erit nempe cos. A. $n\varphi = +1$, si k fuerit numerus par, et cos. A. $n\varphi = -1$, si k fuerit numerus impar. Substituto hoc valore in priori aequatione habebimus $\alpha \pm \beta f^n = 0$. Hinc duos casus evolvi conveniet, prout α et β sint quantitates vel iisdem signis vel diversis affectae.

Sint primo iisdem signis affectae [seu quaerantur factores huius expressionis]

$$\alpha + \beta x^n$$

atque sumatur k numerus impar $2k - 1$, ut sit $\varphi = \frac{(2k-1)\pi}{n}$ et cos. A. $n\varphi = -1$; erit

$$\alpha - \beta f^n = 0 \quad \text{et} \quad f = \overset{n}{V}\frac{\alpha}{\beta} = V\frac{p}{q},$$

unde

$$p = \overset{n}{V}\alpha^2 \quad \text{et} \quad q = \overset{n}{V}\beta^2.$$

Formae igitur propositae $\alpha + \beta x^n$ habebimus hunc factorem trinomialem generalem

$$\overset{n}{V}\alpha^2 - 2x\overset{n}{V}\alpha\beta \cdot \text{cos. A.} \frac{(2k-1)\pi}{n} + xx\overset{n}{V}\beta^2.$$

Atque hinc tot factores diversi resultabunt, quot loco k numeris integris substituendis diversi valores pro cos. A. $\frac{(2k-1)\pi}{n}$ oriuntur. Quodsi autem loco k successive omnes numeros integros 1, 2, 3, ... n substituamus, tum quilibet factor trinomialis bis occurret, si n fuerit numerus par, sin autem n fuerit numerus impar, tum in medio solitarius factor relinquetur posito $2k - 1 = n$

hocque casu fit cos. A.$\pi = -1$ et ex hoc factor simplex realis nascitur $\overset{n}{V}\alpha + x\overset{n}{V}\beta$. Factores autem trinomiales obtinentur ponendo loco $2k-1$ omnes numeros impares minores quam n.

27. Ex his igitur omnes factores tam simplices quam trinomiales reales exhiberi possunt formae

$$\alpha + \beta x^n;$$

si enim n sit numerus par, omnes erunt trinomiales eorumque numerus $= \frac{n}{2}$, qui erunt

$$\overset{n}{V}\alpha^2 - 2x\overset{n}{V}\alpha\beta \cdot \cos. \text{A.} \frac{\pi}{n} + xx\overset{n}{V}\beta^2,$$

$$\overset{n}{V}\alpha^2 - 2x\overset{n}{V}\alpha\beta \cdot \cos. \text{A.} \frac{3\pi}{n} + xx\overset{n}{V}\beta^2,$$

$$\overset{n}{V}\alpha^2 - 2x\overset{n}{V}\alpha\beta \cdot \cos. \text{A.} \frac{5\pi}{n} + xx\overset{n}{V}\beta^2,$$

$$\vdots$$

$$\overset{n}{V}\alpha^2 - 2x\overset{n}{V}\alpha\beta \cdot \cos. \text{A.} \frac{(n-1)\pi}{n} + xx\overset{n}{V}\beta^2.$$

Quodsi autem n fuerit numerus impar, tum unus factor erit simplex, reliqui trinomiales horumque numerus $= \frac{n-1}{2}$; omnes autem erunt

$$\overset{n}{V}\alpha^2 - 2x\overset{n}{V}\alpha\beta \cdot \cos. \text{A.} \frac{\pi}{n} + xx\overset{n}{V}\beta^2,$$

$$\overset{n}{V}\alpha^2 - 2x\overset{n}{V}\alpha\beta \cdot \cos. \text{A.} \frac{3\pi}{n} + xx\overset{n}{V}\beta^2,$$

$$\overset{n}{V}\alpha^2 - 2x\overset{n}{V}\alpha\beta \cdot \cos. \text{A.} \frac{5\pi}{n} + xx\overset{n}{V}\beta^2,$$

$$\vdots$$

$$\overset{n}{V}\alpha^2 - 2x\overset{n}{V}\alpha\beta \cdot \cos. \text{A.} \frac{(n-2)\pi}{n} + xx\overset{n}{V}\beta^2,$$

$$\overset{n}{V}\alpha + x\overset{n}{V}\beta.$$

Utroque autem casu factores exhibiti actu in se ducti formam propositam $\alpha + \beta x^n$ producent.

22*

28. Sint iam quantitates α et β diversis signis affectae seu quaerantur factores huius expressionis

$$\alpha - \beta x^n$$

atque pro k accipi oportebit numerum parem $2k$, ita ut sit $\varphi = \frac{2k\pi}{n}$ et

$$\alpha - \beta f^n = 0 \quad \text{seu} \quad f = \sqrt[n]{\frac{\alpha}{\beta}} = \sqrt{\frac{p}{q}},$$

unde

$$p = \sqrt[n]{\alpha^2} \quad \text{et} \quad q = \sqrt[n]{\beta^2}.$$

Factor igitur trinomialis realis in genere erit

$$\sqrt[n]{\alpha^2} - 2x\sqrt[n]{\alpha\beta} \cdot \cos. \text{A.} \frac{2k\pi}{n} + xx\sqrt[n]{\beta^2}$$

atque tot erunt huiusmodi factores, quot varii prodibunt valores pro $\cos. \text{A.} \frac{2k\pi}{n}$. Omnes autem diversi prodibunt valores, si pro $2k$ substituantur omnes numeri pares usque ad n. Et quidem 0 loco $2k$ substituendo oritur factor simplex

$$\sqrt[n]{\alpha} - x\sqrt[n]{\beta}.$$

Praeterea vero, si n numerus par et fiat $2k = n$, denuo factor simplex realis oritur

$$\sqrt[n]{\alpha} + x\sqrt[n]{\beta}.$$

Quare si n fuerit numerus par, huius formulae

$$\alpha - \beta x^n$$

sequentes erunt factores reales sive simplices sive trinomiales

$$\sqrt[n]{\alpha} - x\sqrt[n]{\beta},$$

$$\sqrt[n]{\alpha^2} - 2x\sqrt[n]{\alpha\beta} \cdot \cos. \text{A.} \frac{2\pi}{n} + xx\sqrt[n]{\beta^2},$$

$$\sqrt[n]{\alpha^2} - 2x\sqrt[n]{\alpha\beta} \cdot \cos. \text{A.} \frac{4\pi}{n} + xx\sqrt[n]{\beta^2},$$

$$\sqrt[n]{\alpha^2} - 2x\sqrt[n]{\alpha\beta} \cdot \cos. \text{A.} \frac{6\pi}{n} + xx\sqrt[n]{\beta^2},$$

$$\vdots$$

$$\sqrt[n]{\alpha^2} - 2x\sqrt[n]{\alpha\beta} \cdot \cos. \text{A.} \frac{(n-2)\pi}{n} + xx\sqrt[n]{\beta^2},$$

$$\sqrt[n]{\alpha} + x\sqrt[n]{\beta}.$$

Quodsi autem n fuerit numerus impar, tum formulae

$$\alpha - \beta x^n$$

factores reales erunt sequentes

$$\sqrt[n]{\alpha} - x\sqrt[n]{\beta},$$

$$\sqrt[n]{\alpha^2} - 2x\sqrt[n]{\alpha\beta} \cdot \cos. A. \frac{2\pi}{n} + xx\sqrt[n]{\beta^2},$$

$$\sqrt[n]{\alpha^2} - 2x\sqrt[n]{\alpha\beta} \cdot \cos. A. \frac{4\pi}{n} + xx\sqrt[n]{\beta^2},$$

$$\sqrt[n]{\alpha^2} - 2x\sqrt[n]{\alpha\beta} \cdot \cos. A. \frac{6\pi}{n} + xx\sqrt[n]{\beta^2},$$

$$\vdots$$

$$\sqrt[n]{\alpha^2} - 2x\sqrt[n]{\alpha\beta} \cdot \cos. A. \frac{(n-1)\pi}{n} + xx\sqrt[n]{\beta^2}.$$

Atque utroque casu productum ex his omnibus factoribus ortum producet formulam $\alpha - \beta x^n$.

29. Ex his perspicitur, si loco k omnes numeri integri ab 1, 2, 3, ... usque ad n inclusive substituantur, tum omnes factores trinomiales ex ista forma generali resultantes

$$\sqrt[n]{\alpha^2} - 2x\sqrt[n]{\alpha\beta} \cdot \cos. A. \frac{(2k-1)\pi}{n} + xx\sqrt[n]{\beta^2},$$

si in se invicem ducantur, producturos expressionem hanc

$$(\alpha + \beta x^n)^2$$

ideoque, si ex singulis illis factoribus radices quadratae extrahantur, productum ex his omnibus radicibus dabit formulam $\alpha + \beta x^n$.

Simili modo si ut ante loco k omnes numeri integri 1, 2, 3, ...n substituantur, tum omnes factores trinomiales, quorum numerus erit $= n$, qui resultant ex forma generali

$$\sqrt[n]{\alpha^2} - 2x\sqrt[n]{\alpha\beta} \cdot \cos. A. \frac{2k\pi}{n} + xx\sqrt[n]{\beta^2},$$

si in se mutuo ducantur, dabunt productum

$$(\alpha - \beta x^n)^2.$$

Atque idcirco, si ex singulis his factoribus radices quadratae extrahantur, earum productum dabit ipsam expressionem $\alpha - \beta x^n$.

30. Hoc igitur pacto resolvi potest formula $\alpha \pm \beta x^n$ in n factores, quorum quilibet est radix quadrata ex expressione trinomiali huiusmodi

$$\sqrt[n]{\alpha^2} - 2x\sqrt[n]{\alpha\beta} \cdot \cos. A. \varphi + xx\sqrt[n]{\beta^2}.$$

Potest autem radix quadrata ex huiusmodi expressione admodum succincte geometrice construi. Erit enim

$$V\left(\sqrt[n]{\alpha^2} - 2x\sqrt[n]{\alpha\beta} \cdot \cos. A. \varphi + xx\sqrt[n]{\beta^2}\right)$$

$$= V\left(\left(\sqrt[n]{\alpha} \cdot \cos. A. \varphi - x\sqrt[n]{\beta}\right)^2 + \left(\sqrt[n]{\alpha} \cdot \sin. A. \varphi\right)^2\right).$$

Erit ergo quilibet eorum factorum hypotenusa trianguli rectanguli, cuius alter cathetus $= \sqrt[n]{\alpha} \cdot \cos. A. \varphi - x\sqrt[n]{\beta}$ et alter $\sqrt[n]{\alpha} \cdot \sin. A. \varphi$, quae expressiones in circulo, cuius radius $= \sqrt[n]{\alpha}$, commodissime exhiberi possunt. Fiat nempe circulus $PQRSTV$ (Fig. 1) centro C et radio $CP = \sqrt[n]{\alpha}$; dividatur eius peripheria in $2n$ seu semiperipheria in n partes; erit

Fig. 1.

$$Pp = \frac{\pi}{n}, \quad PQ = \frac{2\pi}{n}, \quad Pq = \frac{3\pi}{n},$$

$$PR = \frac{4\pi}{n}, \quad Pr = \frac{5\pi}{n} \quad \text{etc.}$$

Capiatur porro in radio CP distantia $CO = x\sqrt[n]{\beta}$ atque ex puncto O ad singula divisionis puncta ducantur rectae OP, Op, OQ, Oq etc., quae quantae futurae sint, ex recta indefinita OM colligi poterit. Sit arcus $PM = \varphi$ et ducta perpendiculari MN erit

$$MN = \sqrt[n]{\alpha} \cdot \sin. A. \varphi, \quad CN = \sqrt[n]{\alpha} \cdot \cos. A. \varphi$$

ideoque

$$ON = \sqrt[n]{\alpha} \cdot \cos. A. \varphi - x\sqrt[n]{\beta},$$

unde fiet

$$OM = V\left(\sqrt[n]{\alpha^2} - 2x\sqrt[n]{\alpha\beta}\cdot\cos. A. \varphi + xx\sqrt[n]{\beta^2}\right).$$

Ex his ergo sumendis divisionum punctis paribus erit

$$OP \cdot OQ \cdot OR \cdot OS \cdot OT \cdot OV = \alpha - \beta x^n,$$

sumendis autem divisionibus imparibus erit

$$Op \cdot Oq \cdot Or \cdot Os \cdot Ot \cdot Ov = \alpha + \beta x^n$$

hocque est theorema elegantissimum a CotEsio inventum[1]), cuius adeo demonstratio per methodum nostram investigandi factores trinomiales a priori est data.

31. Progrediamur ad exemplum magis intricatum atque quaeramus factores reales tam simplices quam trinomiales huius expressionis

$$\alpha + \beta x^n + \gamma x^{2n};$$

cuius factor trinomialis quicunque si fuerit

$$p - 2x\sqrt{pq} \cdot \cos. A\varphi + qxx,$$

posito $f = V\frac{p}{q}$ incognitae f et φ ex his duabus aequationibus erui debebunt

$$\alpha + \beta f^n \cos. A. n\varphi + \gamma f^{2n} \cos. A. 2n\varphi = 0,$$
$$\beta f^n \sin. A. n\varphi + \gamma f^{2n} \sin. A. 2n\varphi = 0.$$

Cum iam sit $\sin. A. 2n\varphi = 2 \sin. A. n\varphi \cdot \cos. A. n\varphi$, erit ex aequatione posteriori vel $\sin. A. n\varphi = 0$ vel $\beta + 2\gamma f^n \cos. A. n\varphi = 0$.

Sit primo $\sin. A. n\varphi = 0$; erit vel $n\varphi = 2k\pi$ vel $n\varphi = (2k-1)\pi$; ponamus ergo $n\varphi = 2k\pi$; erit $\cos. A. n\varphi = 1$ et $\cos. A. 2n\varphi = 1$, unde $\alpha + \beta f^n + \gamma f^{2n} = 0$ hincque

$$f^n = \frac{-\beta \pm V(\beta^2 - 4\alpha\gamma)}{2\gamma};$$

---

1) Vide notam p. 140.   A. G.

sin autem $n\varphi = (2k-1)\pi$, erit cos. A. $n\varphi = -1$ et cos. A. $2n\varphi = +1$, unde $\alpha - \beta f^n + \gamma f^{2n} = 0$ hincque

$$f^n = \frac{\beta \pm V(\beta^2 - 4\alpha\gamma)}{2\gamma}.$$

Istae ergo solutiones locum habere non possunt, nisi sit $\beta^2 > 4\alpha\gamma$. Sit ergo $\beta^2 > 4\alpha\gamma$ atque sequentes casus erunt notandi.

$$\text{I.} \quad \alpha + \beta x^n + \gamma x^{2n}.$$

Ut f^n affirmativum obtineat valorem, sumi debet $\varphi = \frac{(2k-1)\pi}{n}$ eritque

$$f = \sqrt[n]{\frac{\beta \pm V(\beta^2 - 4\alpha\gamma)}{2\gamma}} = V\frac{p}{q};$$

sit

$$\frac{\beta + V(\beta^2 - 4\alpha\gamma)}{2} = \zeta \quad \text{et} \quad \frac{\beta - V(\beta^2 - 4\alpha\gamma)}{2} = \eta$$

eruntque factores trinomiales huius formae hi bini

$$\sqrt[n]{\zeta^2} - 2x\sqrt[n]{\gamma\zeta} \cdot \text{cos. A.} \frac{(2k-1)\pi}{n} + xx\sqrt[n]{\gamma\gamma},$$

$$\sqrt[n]{\eta^2} - 2x\sqrt[n]{\gamma\eta} \cdot \text{cos. A.} \frac{(2k-1)\pi}{n} + xx\sqrt[n]{\gamma\gamma};$$

utraque expressio ut praecedenti casu tractata dabit factores reales vel simplices (nempe si n numerus impar) vel trinomiales, qui omnes in se invicem ducti expressionem propositam producunt.

32. Maneat $\beta^2 > 4\alpha\gamma$ sitque haec forma proposita

$$\text{II.} \quad \alpha - \beta x^n + \gamma x^{2n}.$$

Ut f^n affirmativum valorem obtineat, sumi debet $\varphi = \frac{2k\pi}{n}$ eritque

$$f = \sqrt[n]{\frac{\beta \pm V(\beta^2 - 4\alpha\gamma)}{2\gamma}} = V\frac{p}{q};$$

sit ut ante

$$\frac{\beta + V(\beta^2 - 4\alpha\gamma)}{2} = \zeta \quad \text{et} \quad \frac{\beta - V(\beta^2 - 4\alpha\gamma)}{2} = \eta$$

hincque orientur sequentes duae formae pro factoribus trinomialibus quaesitis

$$\overset{n}{V}\zeta^2 - 2x\overset{n}{V}\gamma\zeta \cdot \cos. A. \frac{2k\pi}{n} + xx\overset{n}{V}\gamma\gamma,$$

$$\overset{n}{V}\eta^2 - 2x\overset{n}{V}\gamma\eta \cdot \cos. A. \frac{2k\pi}{n} + xx\overset{n}{V}\gamma\gamma,$$

qui, quoties fiunt quadrata, radices praebent simplices reales; ceteris casibus factores trinomiales resultant.

Sit iam proposita ista expressio

$$\text{III.} \quad \alpha + \beta x^n - \gamma x^{2n},$$

in qua semper est $\beta^2 + 4\alpha\gamma$ quantitas positiva. Praebet autem casus $\varphi = \frac{2k\pi}{n}$ unum valorem positivum pro $f^n = \frac{\beta + V(\beta^2 + 4\alpha\gamma)}{2\gamma}$ alterque casus $\varphi = \frac{(2k-1)\pi}{n}$ pariter unum $f^n = \frac{-\beta + V(\beta^2 + 4\alpha\gamma)}{2\gamma}$. Ponatur

$$\frac{\beta + V(\beta^2 + 4\alpha\gamma)}{2} = \zeta \quad \text{et} \quad \frac{-\beta + V(\beta^2 + 4\alpha\gamma)}{2} = \eta$$

atque sequentes duae formulae dabunt omnes factores reales tam simplices (quando scilicet fiunt quadrata) quam trinomiales

$$\overset{n}{V}\zeta^2 - 2x\overset{n}{V}\gamma\zeta \cdot \cos. A. \frac{2k\pi}{n} + xx\overset{n}{V}\gamma\gamma,$$

$$\overset{n}{V}\eta^2 - 2x\overset{n}{V}\gamma\eta \cdot \cos. A. \frac{(2k-1)\pi}{n} + xx\overset{n}{V}\gamma\gamma.$$

33. Quartus casus, quo sponte fit $\beta^2 > 4\alpha\gamma$, est haec forma

$$\text{IV.} \quad \alpha - \beta x^n - \gamma x^{2n}.$$

Hic iterum casus $\varphi = \frac{2k\pi}{n}$ unum praebet valorem positivum pro $f^n = \frac{-\beta + V(\beta^2 + 4\alpha\gamma)}{2\gamma}$ alterque casus $\varphi = \frac{(2k-1)\pi}{n}$ pariter unum $f^n = \frac{\beta + V(\beta^2 + 4\alpha\gamma)}{2\gamma}$. Ponatur ergo

$$\frac{-\beta + V(\beta^2 + 4\alpha\gamma)}{2} = \zeta \quad \text{et} \quad \frac{\beta + V(\beta^2 + 4\alpha\gamma)}{2} = \eta$$

atque omnes factores formulae propositae tam simplices quam trinomiales continebuntur in his binis sequentibus expressionibus

$$\sqrt[n]{}\zeta^2 - 2x\sqrt[n]{}\gamma\zeta \cdot \cos. A. \frac{2k\pi}{n} + xx\sqrt[n]{}\gamma\gamma,$$

$$\sqrt[n]{}\eta^2 - 2x\sqrt[n]{}\gamma\eta \cdot \cos. A. \frac{(2k-1)\pi}{n} + xx\sqrt[n]{}\gamma\gamma.$$

Ceterum de his casibus, quibus $\beta^2 > 4\alpha\gamma$, notandum est iis formulam propositam

$$\alpha + \beta x^n + \gamma x^{2n}$$

actu posse resolvi in binas formulas reales duobus terminis constantes

$$\sqrt{}\alpha + x^n \frac{\beta + \sqrt{}(\beta^2 - 4\alpha\gamma)}{2\sqrt{}\alpha}, \quad \sqrt{}\alpha + x^n \frac{\beta - \sqrt{}(\beta^2 - 4\alpha\gamma)}{2\sqrt{}\alpha};$$

quae cum similes sint iis, quas primo loco tractavimus, utraque seorsim modo iam exposito in suos factores resolvi poterit. Provenient autem hoc pacto illi ipsi factores, quos hic exhibuimus.

34. Pro casibus iam, quibus non est $\beta^2 > 4\alpha\gamma$, alteram solutionem aequationis

$$\beta f^n \sin. A. n\varphi + \gamma f^{2n} \sin. A. 2n\varphi = 0$$

accipi conveniet, quae dat

$$\beta + 2\gamma f^n \cos. A. n\varphi = 0.$$

Sit $\cos. A. n\varphi = z$; erit $f^n = \frac{-\beta}{2\gamma z}$, qui valor ob $\cos. A. 2n\varphi = 2zz - 1$ in priori aequatione substitutus dat $\alpha - \frac{\beta\beta}{2\gamma} + \frac{\beta\beta(2zz-1)}{4\gamma zz} = 0$ seu $4\alpha\gamma zz = \beta\beta$, hinc erit $z = \frac{-\beta}{2\sqrt{}\alpha\gamma}$ et $f^n = \sqrt{}\frac{\alpha}{\gamma}$ ideoque $p = \sqrt[n]{}\alpha$ et $q = \sqrt[n]{}\gamma$. Ponamus eum arcum minimum $= \omega$, cuius cosinus est $\frac{\beta}{2\sqrt{}\alpha\gamma}$, eritque $\cos. A. ((2k-1)\pi \pm \omega) = \frac{-\beta}{2\sqrt{}\alpha\gamma} = z$ ideoque obtinetur $\varphi = \frac{(2k-1)\pi \pm \omega}{n}$. Quocirca casu $\beta^2 < 4\alpha\gamma$ si arcus, cuius cosinus est $= \frac{\beta}{2\sqrt{}\alpha\gamma}$, ponatur $= \omega$, erit formulae propositae

$$\alpha + \beta x^n + \gamma x^{2n}$$

quilibet factor trinomialis in hac forma contentus

$$\sqrt[n]{}\alpha^2 - 2x\sqrt[n]{}\alpha\gamma \cdot \cos. A. \frac{(2k-1)\pi \pm \omega}{n} + xx\sqrt[n]{}\gamma\gamma.$$

Huiusmodi autem factores habebuntur numero n, qui prodibunt, si loco k successive omnes numeri integri 1, 2, 3, ... usque ad n substituantur tribuendo ipsi ω sive signum $+$ sive $-$; utroque enim casu arcus prodibunt, quorum cosinus congruent. Signum scilicet $-$ arcu ω praefixum eosdem dabit cosinus, quos signum $+$, ordine tantum retrogrado, siquidem loco k numeri 1, 2, 3, ... n substituantur, unde factores ipsi erunt sequentes

$$\sqrt[n]{\alpha^2} - 2x\sqrt[n]{\alpha\gamma} \cdot \cos.\text{A}.\frac{\pi - \omega}{n} + xx\sqrt[n]{\gamma\gamma},$$

$$\sqrt[n]{\alpha^2} - 2x\sqrt[n]{\alpha\gamma} \cdot \cos.\text{A}.\frac{3\pi - \omega}{n} + xx\sqrt[n]{\gamma\gamma},$$

$$\sqrt[n]{\alpha^2} - 2x\sqrt[n]{\alpha\gamma} \cdot \cos.\text{A}.\frac{5\pi - \omega}{n} + xx\sqrt[n]{\gamma\gamma},$$

$$\vdots$$

$$\sqrt[n]{\alpha^2} - 2x\sqrt[n]{\alpha\gamma} \cdot \cos.\text{A}.\frac{(2n-1)\pi - \omega}{n} + xx\sqrt[n]{\gamma\gamma}.$$

35. Si coefficiens β fuerit negativus seu si huius formae, existente $\beta\beta < 4\alpha\gamma$,

$$\alpha - \beta x^n + \gamma x^{2n}$$

factores debeant investigari, tum calculo ut ante subducto erit $f^n = \frac{\beta}{2\gamma z}$ et $z = \frac{\beta}{2\sqrt{\alpha\gamma}} = \cos.\text{A}.n\varphi$. Quodsi ergo arcus, cuius cosinus $= \frac{\beta}{2\sqrt{\alpha\gamma}}$, ponatur ω, fiet etiam $\cos.\text{A}.(2k\pi \pm \omega) = \frac{\beta}{2\sqrt{\alpha\gamma}}$, ex quo $\varphi = \frac{2k\pi \pm \omega}{n}$. Factor igitur quicunque formulae propositae continebitur in hac forma

$$\sqrt[n]{\alpha^2} - 2x\sqrt[n]{\alpha\gamma} \cdot \cos.\text{A}.\frac{2k\pi \mp \omega}{n} + xx\sqrt[n]{\gamma\gamma}.$$

Ipsi ergo factores trinomiales, quorum numerus est n, erunt sequentes

$$\sqrt[n]{\alpha^2} - 2x\sqrt[n]{\alpha\gamma} \cdot \cos.\text{A}.\frac{2\pi - \omega}{n} + xx\sqrt[n]{\gamma\gamma},$$

$$\sqrt[n]{\alpha^2} - 2x\sqrt[n]{\alpha\gamma} \cdot \cos.\text{A}.\frac{4\pi - \omega}{n} + xx\sqrt[n]{\gamma\gamma},$$

$$\sqrt[n]{\alpha^2} - 2x\sqrt[n]{\alpha\gamma} \cdot \cos.\text{A}.\frac{6\pi - \omega}{n} + xx\sqrt[n]{\gamma\gamma},$$

$$\vdots$$

$$\sqrt[n]{\alpha^2} - 2x\sqrt[n]{\alpha\gamma} \cdot \cos.\text{A}.\frac{2n\pi - \omega}{n} + xx\sqrt[n]{\gamma\gamma}.$$

36. Hi etiam factores simili modo quo casu praecedenti commode per circulum construi possunt. Construatur enim circulus $PQRSTV$ (Fig. 2) radio $CA = \sqrt[n]{\alpha}$ eiusque peripheria dividatur in $2n$ partes in punctis P, p, Q, q etc. Tum a puncto primo divisionis P capiatur arcus $PA = \frac{\omega}{n}$, ita ut arcus $n \cdot PA$ cosinus sit $= \frac{\beta}{2\sqrt{\alpha\gamma}}$. Tum per A ducatur diameter AB et in eo ex centro C capiatur $CO = x\sqrt[n]{\gamma}$ atque ex puncto hoc O ad singula divisionis puncta ducantur rectae. Erit autem

Fig. 2.

$$Ap = \frac{\pi - \omega}{n}, \quad AQ = \frac{2\pi - \omega}{n},$$

$$Aq = \frac{3\pi - \omega}{n} \quad \text{etc.}$$

Quoniam vero sumto quocunque arcu $AM = \varphi$ et demisso sinu MN est

erit

$$MN = \sqrt[n]{\alpha} \cdot \sin. A. \varphi \quad \text{et} \quad ON = \sqrt[n]{\alpha} \cdot \cos. A. \varphi - x\sqrt[n]{\gamma},$$

$$OM = \sqrt{\left(\sqrt[n]{\alpha^2} - 2x\sqrt[n]{\alpha\gamma} \cdot \cos. A. \varphi + xx\sqrt[n]{\gamma\gamma}\right)};$$

erit loco φ arcus Ap, AQ, Aq etc. substituendo

$$\alpha + \beta x^n + \gamma x^{2n} = Op^2 \cdot Oq^2 \cdot Or^2 \cdot Os^2 \cdot Ot^2 \cdot Ov^2$$

atque

$$\alpha - \beta x^n + \gamma x^{2n} = OQ^2 \cdot OR^2 \cdot OS^2 \cdot OT^2 \cdot OV^2 \cdot OP^2.$$

Quae sunt theoremata a Celeb. Moivreo[1]) demonstrata.

37. Antequam istam formulae $\alpha \pm \beta x^n + \gamma x^{2n}$ resolutionem in factores trinomiales dimittamus, non abs re erit annotare, quod, cum terminus x^1 desit in producto, summa omnium coefficientium ipsius x in factoribus aequalis nihilo esse debeat. Erit ergo

---

1) Vide notam p. 115.   A. G.

$$\cos. \mathrm{A}. \frac{\pi - \omega}{n} + \cos. \mathrm{A}. \frac{3\pi - \omega}{n} + \cos. \mathrm{A}. \frac{5\pi - \omega}{n} + \cdots + \cos. \mathrm{A}. \frac{(2n-1)\pi - \omega}{n} = 0$$

et

$$\cos. \mathrm{A}. \frac{2\pi - \omega}{n} + \cos. \mathrm{A}. \frac{4\pi - \omega}{n} + \cos. \mathrm{A}. \frac{6\pi - \omega}{n} + \cdots + \cos. \mathrm{A}. \frac{2n\pi - \omega}{n} = 0.$$

Quod quidem, si n est numerus par, sponte patet; tum enim alii cosinus fiunt negativi atque aequales ratione reliquorum. Quando autem n est numerus impar, puta $n = 2m - 1$, tum cosinus negativi affirmativos singuli singulos non destruunt, interim tamen omnes negativi simul sumti affirmativis simul sumtis aequales erunt. Est vero $\cos. \mathrm{A}. \varphi = \frac{1}{2}$ chord. $\mathrm{A}. (\pi + 2\varphi)$, et quia est $\varphi = \frac{(2k-1)\pi - \omega}{2m-1}$, erit

$$\cos. \mathrm{A}. \frac{(2k-1)\pi - \omega}{2m-1} = \frac{1}{2} \text{ chord. } \mathrm{A}. \left(\pi - \frac{2\omega}{2m-1} + \frac{2(2k-1)\pi}{2m-1} \right)$$

omnesque hae chordae, quarum numerus est $= 2m - 1$, simul sumtae erunt $= 0$. Sit $\xi = \pi - \frac{2\omega}{2m-1}$ et ponatur $\frac{2\pi}{2m-1} = \varrho$, ita ut ϱ sit una pars totius peripheriae, si ea fuerit in numerum quemcunque imparem partium aequalium divisa. Hanc ob rem erit

$$\text{chord. } \mathrm{A}. (\xi + \varrho) + \text{chord. } \mathrm{A}. (\xi + 3\varrho)$$
$$+ \text{ chord. } \mathrm{A}. (\xi + 5\varrho) + \cdots + \text{chord. } \mathrm{A}. (\xi + (4m-3)\varrho) = 0.$$

Si ergo peripheria circuli (Fig. 3) in numerum quemcunque imparem partium

Fig. 3.

aequalium, verbi gratia in novem partes aequales Pp, pQ, Qq, qR, Rr, rS, Ss, sT, TP dividatur atque in peripheria punctum capiatur quodcunque A,

ex quo ad singula peripheriae puncta chordae ducantur, erit posita una peripheriae parte nona $= \varrho$ et arcu AP pro arbitrio assumto $= \xi$

$$\text{chord. A.}\,(\xi + \varrho) = Ap, \qquad \text{chord. A.}\,(\xi + 9\varrho) = -AP,$$
$$\text{chord. A.}\,(\xi + 3\varrho) = Aq, \qquad \text{chord. A.}\,(\xi + 11\varrho) = -AQ,$$
$$\text{chord. A.}\,(\xi + 5\varrho) = Ar, \qquad \text{chord. A.}\,(\xi + 13\varrho) = -AR,$$
$$\text{chord. A.}\,(\xi + 7\varrho) = As, \qquad \text{chord. A.}\,(\xi + 15\varrho) = -AS,$$
$$\text{chord. A.}\,(\xi + 17\varrho) = -AT;$$

chordae enim arcuum tota peripheria maiorum pariter ac sinus arcuum semiperipheria maiorum fiunt negativae. Erit ergo ductis, uti praecepimus, chordis

$$Ap + Aq + Ar + As = AP + AQ + AR + AS + AT$$

sive

$$AP - Ap + AQ - Aq + AR - Ar + AS - As + AT = 0.$$

Quod est theorema circa chordas non inelegans, notum quidem, at ex traditis praeceptis sponte quasi derivatum.

38. Resolutionem formularum $\alpha + \beta x^n$ et $\alpha + \beta x^n + \gamma x^{2n}$ in factores fusius exposuimus, eo quod formulae quantumvis compositae in eiusmodi formulas resolvi possunt; ex quo secundum haec praecepta formularum magis compositarum factores simplices vel trinomiales inveniri poterunt concessa resolutione aequationum altiorum dimensionum. Sit nempe proposita ista formula

$$\alpha + \beta x^n + \gamma x^{2n} + \delta x^{3n};$$

posito $x^n = z$ ea abibit in $\alpha + \beta z + \gamma z^2 + \delta z^3$, quae perpetuo unum divisorem simplicem habebit realem, quoniam maximus ipsius z exponens est impar. Quamobrem formula proposita vel in tres binomiales huiusmodi $a + bx^n$ vel in unam huiusmodi $a + bx^n$ et in unam trinomialem resolvitur $a + bx^n + cx^{2n}$ hincque eius factores vel trinomiales vel simplices facile per praecepta praecedentia assignantur. Loco formulae igitur $\alpha + \beta x^n + \gamma x^{2n} + \delta x^{3n}$ semper substitui potest huiusmodi expressio

$$(\mathfrak{a} + \mathfrak{b}x^n)(\mathfrak{A} + \mathfrak{B}x^n + \mathfrak{C}x^{2n}),$$

cuius omnes factores reales tam simplices quam trinomiales ope regulae traditae exhibebuntur.

39. Proposita iam sit haec expressio

$$\alpha + \beta x^n + \gamma x^{2n} + \delta x^{3n} + \varepsilon x^{4n},$$

cuius factores reales tam simplices quam trinomiales investigari oporteat. Ponamus $x^n = z$ et habebimus hanc expressionem quatuor dimensionum

$$\alpha + \beta z + \gamma z^2 + \delta z^3 + \varepsilon z^4,$$

quae nihilo aequalis posita vel omnes radices habebit imaginarias vel duas tantum vel nullam. Posterioribus binis casibus resolutio proposita in factores nulla laborat difficultate, eo quod iis expressio proposita in binas reales huius formae

$$\mathfrak{A} + \mathfrak{B} x^n + \mathfrak{C} x^{2n}$$

distribui potest. At si omnes quatuor radices aequationis

$$0 = \alpha + \beta z + \gamma z^2 + \delta z^3 + \varepsilon z^4$$

sint imaginariae, tum resolutio in factores per regulas traditas absolvi non potest, nisi constiterit expressionem propositam

$$\alpha + \beta x^n + \gamma x^{2n} + \delta x^{3n} + \varepsilon x^{4n}$$

resolvi posse in huiusmodi binos factores reales

$$(\mathfrak{A} + \mathfrak{B} x^n + \mathfrak{C} x^{2n})(\mathfrak{a} + \mathfrak{b} x^n + \mathfrak{c} x^{2n});$$

quod etsi fieri posse supra iam docuimus, tamen idem pro hoc casu data opera seorsim demonstrabimus, quo simul magis fiet perspicuum omnem expressionem algebraicam in factores reales vel simplices vel trinomiales resolvi posse.

40. Ad hanc demonstrationem concinnandam praemitto istud lemma:

Aequatio quaecunque algebraica parium dimensionum, in qua maxima incognitae potestas et terminus absolutus seu cognitus disparia habent signa, duas ad minimum habet radices, quarum altera erit affirmativa, altera negativa.

Sit enim huiusmodi aequatio

$$z^{2m} + a z^{2m-1} + b z^{2m-2} + c z^{2m-3} + \cdots - p = 0,$$

in qua maxima ipsius z potestas habet signum $+$, terminus absolutus autem p signum $-$. Transferatur terminus absolutus p ad alteram signi $=$ partem, ita ut ex altera parte omnes termini incognita z affecti maneant, habebiturque haec aequatio

$$z^{2m} + az^{2m-1} + bz^{2m-2} + cz^{2m-3} + \cdots + nz = p;$$

vocemus totum membrum incognitum seu omnes terminos z involventes iunctim sumtos brevitatis gratia $= Z$, ut sit $Z = p$, atque manifestum est, si ponatur $z = +\infty$, fieri $Z = +\infty$; sin autem ponatur $z = 0$, fiet $Z = 0$. Loco z igitur omnes valores intra 0 et $+\infty$, hoc est, omnes numeros affirmativos substituendo pro Z omnes possibiles numeri affirmativi resultabunt. Quare cum p sit numerus affirmativus, dabitur numerus affirmativus, qui loco z substitutus efficiat $Z = p$, ideoque aequatio proposita unam certe habebit radicem affirmativam. Si iam loco z ponamus $-\infty$, fiet iterum $Z = +\infty$, ex quo, si loco z omnes numeri negativi seu intra 0 et $-\infty$ contenti substituantur, tum denuo pro Z omnes numeri possibiles affirmativi prodibunt, quare dabitur quoque numerus negativus, qui loco z substitutus faciet $Z = p$, hincque aequatio proposita $Z - p = 0$ habebit quoque radicem negativam. Aequatio igitur

$$z^{2m} + az^{2m-1} + bz^{2m-2} + cz^{2m-3} + \cdots - p = 0,$$

si p fuerit quantitas positiva, certo duas habet radices reales, quarum una est affirmativa[, altera negativa].

41. Ut iam ostendamus expressionem

$$\alpha + \beta x^n + \gamma x^{2n} + \delta x^{3n} + \varepsilon x^{4n}$$

perpetuo in duos factores reales resolubilem esse, sufficiet brevitatis gratia ostendisse hanc expressionem $z^4 + pz^2 + qz + r$ resolvi posse in duos factores $zz + uz + A$ et $zz - uz + B$, qui sint reales. Ponendo enim $x^n = z$ et termino secundo tollendo illa expressio in hanc transmutatur. Cum igitur pro coefficientibus r, A et B valores reales inveniri debeant, ut sit

$$z^4 + pz^2 + qz + r = (zz + uz + A)(zz - uz + B),$$

erit

$$p = A + B - uu, \quad q = Bu - Au \quad \text{et} \quad r = AB;$$

binae priores aequationes vero dant

$$B = p + uu - A = \frac{q + Au}{u},$$

unde fit

$$A = \frac{u^3 + pu - q}{2u} \quad \text{et} \quad B = \frac{u^3 + pu + q}{2u},$$

qui valores in tertia aequatione substituti dant

$$4ruu = u^6 + 2pu^4 + ppuu - qq \quad \text{seu} \quad u^6 + 2pu^4 + (pp - 4r)uu - qq = 0;$$

quae cum sit aequatio parium dimensionum atque terminus absolutus qq semper positivus signum habeat oppositum summae potestati incognitae u, haec aequatio certo pro u unam radicem realem dabit. Invento autem pro u valore reali valores quoque pro A et B fient reales hincque factores $zz + uz + A$ et $zz - uz + B$ ipsi prodibunt reales. Simili autem modo demonstrabitur omnem expressionem parium dimensionum semper resolubilem esse in factores trinomiales reales. Hoc certe evictum est hanc expressionem multo latius patentem

$$\alpha + \beta x^n + \gamma x^{2n} + \delta x^{3n} + \varepsilon x^{4n}$$

resolubilem esse in factores reales vel simplices vel trinomiales, quotcunque ea contineat dimensiones.

42. Tradito igitur non solum modo factores trinomiales inveniendi, sed etiam actu evolutis factoribus formularum principalium $\alpha + \beta x^n$ et $\alpha + \beta x^n + \gamma x^{2n}$ exponendum est, quemadmodum, si cognitus fuerit factor trinomialis denominatoris N, in formula differentiali $\frac{Mdx}{N}$ integralis pars ex hoc factore oriunda debeat determinari. Sit igitur denominatoris N factor trinomialis quicunque

$$p - 2x\sqrt{pq} \cdot \cos. \text{A}. \varphi + qxx,$$

qui resolvitur in hos simplices imaginarios

$$x\sqrt{q} - \sqrt{p} \cdot \cos. \text{A}. \varphi - \sqrt{-p} \cdot \sin. \text{A}. \varphi,$$

$$x\sqrt{q} - \sqrt{p} \cdot \cos. \text{A}. \varphi + \sqrt{-p} \cdot \sin. \text{A}. \varphi.$$

Ex his per methodum ante expositam resultant integralis quaesiti binae sequentes partes

$$\int \frac{A\,dx}{x\sqrt{q}-\sqrt{p}\cdot\cos.\text{A}.\,\varphi-\sqrt{-p}\cdot\sin.\text{A}.\,\varphi},$$

$$\int \frac{B\,dx}{x\sqrt{q}-\sqrt{p}\cdot\cos.\text{A}.\,\varphi+\sqrt{-p}\cdot\sin.\text{A}.\,\varphi},$$

ubi coefficientes A et B determinantur ex $\frac{M\,dx}{dN}$ substituendo loco x valorem, quem ex utroque denominatore nihilo aequali posito obtinet. Sit igitur $\frac{dN}{dx}=L$ eritque

$$A=\frac{M}{L}$$

posito ubique loco x valore

$$\frac{\sqrt{p}}{\sqrt{q}}\cos.\text{A}.\,\varphi+\frac{\sqrt{-p}}{\sqrt{q}}\sin.\text{A}.\,\varphi.$$

Simili vero modo est

$$B=\frac{M}{L}$$

posito loco x hoc valore

$$\frac{\sqrt{p}}{\sqrt{q}}\cos.\text{A}.\,\varphi-\frac{\sqrt{-p}}{\sqrt{q}}\sin.\text{A}.\,\varphi.$$

43. Ponatur $f=\frac{\sqrt{p}}{\sqrt{q}}$, et cum sit

$$x=f\cos.\text{A}.\,\varphi\pm f\sqrt{-1}\cdot\sin.\text{A}.\,\varphi,$$

erit, ut supra vidimus, potestas quaecunque

$$x^{k}=f^{k}\cos.\text{A}.\,k\varphi\pm f^{k}\sqrt{-1}\cdot\sin.\text{A}.\,k\varphi.$$

Ad substitutiones ergo faciendas ponatur primo $f^{k}\cos.\text{A}.\,k\varphi$ ubique loco x^{k} hocque facto abeat M in $\mathfrak{M}$ et L in $\mathfrak{L}$. Deinde ponatur $f^{k}\sin.\text{A}.\,k\varphi$ loco x^{k} abeatque M in $\mathfrak{m}$ et L in $\mathfrak{l}$. Hoc facto fiet

$$A=\frac{\mathfrak{M}+\mathfrak{m}\sqrt{-1}}{\mathfrak{L}+\mathfrak{l}\sqrt{-1}}\quad\text{et}\quad B=\frac{\mathfrak{M}-\mathfrak{m}\sqrt{-1}}{\mathfrak{L}-\mathfrak{l}\sqrt{-1}}.$$

Ex his colligitur

$$A + B = \frac{2\mathfrak{L}\mathfrak{M} + 2\mathfrak{l}\mathfrak{m}}{\mathfrak{L}\mathfrak{L} + \mathfrak{l}\mathfrak{l}} \quad \text{et} \quad A - B = \frac{2\mathfrak{L}\mathfrak{m} - 2\mathfrak{l}\mathfrak{M}}{\mathfrak{L}\mathfrak{L} + \mathfrak{l}\mathfrak{l}} \sqrt{-1}.$$

His inventis summa illarum duarum fractionum integralium erit

$$\int \frac{2(\mathfrak{L}\mathfrak{M} + \mathfrak{l}\mathfrak{m})x\sqrt{q} - 2(\mathfrak{L}\mathfrak{M} + \mathfrak{l}\mathfrak{m})\sqrt{p}\cdot\cos.\mathrm{A}.\varphi + 2(\mathfrak{l}\mathfrak{M} - \mathfrak{L}\mathfrak{m})\sqrt{p}\cdot\sin.\mathrm{A}.\varphi}{(p - 2x\sqrt{pq}\cdot\cos.\mathrm{A}.\varphi + qxx)(\mathfrak{L}\mathfrak{L} + \mathfrak{l}\mathfrak{l})} dx,$$

unde ipsum integrale ex factore trinomiali

$$p - 2x\sqrt{pq}\cdot\cos.\mathrm{A}.\varphi + qxx$$

oriundum per logarithmos et arcus circulares erit

$$\frac{\mathfrak{L}\mathfrak{M} + \mathfrak{l}\mathfrak{m}}{(\mathfrak{L}^2 + \mathfrak{l}^2)\sqrt{q}} l(p - 2x\sqrt{pq}\cdot\cos.\mathrm{A}.\varphi + qxx) + \frac{2(\mathfrak{l}\mathfrak{M} - \mathfrak{L}\mathfrak{m})}{(\mathfrak{L}^2 + \mathfrak{l}^2)\sqrt{q}} \mathrm{A.\,tang.} \frac{x\sqrt{q}\cdot\sin.\mathrm{A}.\varphi}{\sqrt{p} - x\sqrt{q}\cdot\cos.\mathrm{A}.\varphi},$$

ubi $\mathfrak{L}$, $\mathfrak{M}$, $\mathfrak{l}$ et $\mathfrak{m}$ ex datis L et M ita determinantur, ut fiat

$$M = \mathfrak{M}, \quad L = \mathfrak{L} \quad \text{posito} \quad x^k = f^k \cos.\mathrm{A}.k\varphi,$$

$$M = \mathfrak{m}, \quad L = \mathfrak{l} \quad \text{posito} \quad x^k = f^k \sin.\mathrm{A}.k\varphi,$$

estque $L = \frac{dN}{dx}$ et $f = \sqrt{\frac{p}{q}}$, uti assumsimus. Ponatur porro

$$\frac{\mathfrak{L}}{\sqrt{(\mathfrak{L}^2 + \mathfrak{l}^2)}} = \cos.\mathrm{A}.\lambda, \quad \frac{\mathfrak{M}}{\sqrt{(\mathfrak{M}^2 + \mathfrak{m}^2)}} = \cos.\mathrm{A}.\mu,$$

$$\frac{\mathfrak{l}}{\sqrt{(\mathfrak{L}^2 + \mathfrak{l}^2)}} = \sin.\mathrm{A}.\lambda, \quad \frac{\mathfrak{m}}{\sqrt{(\mathfrak{M}^2 + \mathfrak{m}^2)}} = \sin.\mathrm{A}.\mu,$$

ita ut sit $\lambda = \mathrm{A.\,tang.}\frac{\mathfrak{l}}{\mathfrak{L}}$ et $\mu = \mathrm{A.\,tang.}\frac{\mathfrak{m}}{\mathfrak{M}}$, reperienturque hinc arcus λ et μ facili negotio.

Ex his vero colligetur fore

$$\sin.\mathrm{A}.(\lambda - \mu) = \frac{\mathfrak{l}\mathfrak{M} - \mathfrak{L}\mathfrak{m}}{\sqrt{(\mathfrak{L}^2 + \mathfrak{l}^2)(\mathfrak{M}^2 + \mathfrak{m}^2)}},$$

$$\cos.\mathrm{A}.(\lambda - \mu) = \frac{\mathfrak{L}\mathfrak{M} + \mathfrak{l}\mathfrak{m}}{\sqrt{(\mathfrak{L}^2 + \mathfrak{l}^2)(\mathfrak{M}^2 + \mathfrak{m}^2)}}.$$

24*

Iam ponatur $\dfrac{\sqrt{(\mathfrak{M}^2+\mathfrak{m}^2)}}{\sqrt{(\mathfrak{L}^2+\mathfrak{l}^2)}}=\mathfrak{R}$ eritque integralis pars ex factore hoc

$$p-2x\sqrt{pq}\cdot\cos.\mathrm{A}.\varphi+qxx$$

oriunda simplicius hoc modo expressa

$$\frac{\mathfrak{R}\cos.\mathrm{A}.(\lambda-\mu)}{\sqrt{q}}\,l(p-2x\sqrt{pq}\cdot\cos.\mathrm{A}.\varphi+qxx)$$

$$+\frac{2\,\mathfrak{R}\sin.\mathrm{A}.(\lambda-\mu)}{\sqrt{q}}\,\mathrm{A.tang.}\,\frac{x\sqrt{q}\cdot\sin.\mathrm{A}.\varphi}{\sqrt{p}-x\sqrt{q}\cdot\cos.\mathrm{A}.\varphi}.$$

Pro quovis igitur casu ea forma, quae commodior visa fuerit, uti licebit.

PROBLEMA 1

44. *Invenire integrale huius formulae differentialis* $\dfrac{x^m\,dx}{\alpha+\beta x^n}$ *existentibus* α *et* β *quantitatibus positivis.*

SOLUTIO

Hic est $M=x^m$ et $N=\alpha+\beta x^n$ et $\dfrac{dN}{dx}=L=n\beta x^{n-1}$. Factor autem generalis denominatoris N est per § 26

$$\sqrt[n]{\alpha^2}-2x\sqrt[n]{\alpha\beta}\cdot\cos.\mathrm{A}.\frac{(2k-1)\pi}{n}+xx\sqrt[n]{\beta^2},$$

unde est

$$p=\sqrt[n]{\alpha^2},\quad q=\sqrt[n]{\beta^2}\quad\text{et}\quad\varphi=\frac{(2k-1)\pi}{n}\quad\text{atque}\quad f=\sqrt[n]{\frac{\alpha}{\beta}}.$$

Ex his fit

$$\mathfrak{M}=f^m\cos.\mathrm{A}.m\varphi,\qquad\mathfrak{L}=n\beta f^{n-1}\cos.\mathrm{A}.(n-1)\varphi,$$

$$\mathfrak{m}=f^m\sin.\mathrm{A}.m\varphi,\qquad\mathfrak{l}=n\beta f^{n-1}\sin.\mathrm{A}.(n-1)\varphi$$

atque porro $\dfrac{\mathfrak{l}}{\mathfrak{L}}=\mathrm{tang.A.}(n-1)\varphi=\mathrm{tang.A.}\lambda$, unde $\lambda=(n-1)\varphi$. Simili modo est $\dfrac{\mathfrak{m}}{\mathfrak{M}}=\mathrm{tang.A.}m\varphi=\mathrm{tang.A.}\mu$, ergo $\mu=m\varphi$ et $\lambda-\mu=(n-m-1)\varphi$. Deinde est

$$\sqrt{(\mathfrak{M}^2+\mathfrak{m}^2)}=f^m\quad\text{et}\quad\sqrt{(\mathfrak{L}^2+\mathfrak{l}^2)}=n\beta f^{n-1},$$

ergo

$$\mathfrak{R}=\frac{1}{n\beta f^{n-m-1}}=\frac{f^{m+1}}{n\alpha}.$$

Ex quolibet ergo factore trinomiali denominatoris oritur haec integralis pars

$$\frac{\cos. A. \frac{(n-m-1)(2k-1)\pi}{n}}{n\alpha^{\frac{n-m-1}{n}}\beta^{\frac{m+2}{n}}}\, l\left(\sqrt[n]{\alpha^2} - 2x\sqrt[n]{\alpha\beta}\cdot\cos. A.\frac{(2k-1)\pi}{n} + xx\sqrt[n]{\beta^2}\right)$$

$$+\frac{2\sin. A. \frac{(n-m-1)(2k-1)\pi}{n}}{n\alpha^{\frac{n-m-1}{n}}\beta^{\frac{m+2}{n}}}\, A.\tan g.\frac{x\sqrt[n]{\beta}\cdot\sin. A.\frac{(2k-1)\pi}{n}}{\sqrt[n]{\alpha}-x\sqrt[n]{\beta}\cdot\cos. A.\frac{(2k-1)\pi}{n}},$$

quae etiam hoc modo exhiberi potest

$$-\frac{\cos. A. \frac{(m+1)(2k-1)\pi}{n}}{n\alpha^{\frac{n-m-1}{n}}\beta^{\frac{m+2}{n}}}\, l\left(\sqrt[n]{\alpha^2} - 2x\sqrt[n]{\alpha\beta}\cdot\cos. A.\frac{(2k-1)\pi}{n} + xx\sqrt[n]{\beta^2}\right)$$

$$+\frac{2\sin. A. \frac{(m+1)(2k-1)\pi}{n}}{n\alpha^{\frac{n-m-1}{n}}\beta^{\frac{m+2}{n}}}\, A.\tan g.\frac{x\sqrt[n]{\beta}\cdot\sin. A.\frac{(2k-1)\pi}{n}}{\sqrt[n]{\alpha}-x\sqrt[n]{\beta}\cdot\cos. A.\frac{(2k-1)\pi}{n}}.$$

Si iam loco $2k-1$ substituantur omnes numeri impares 1, 3, 5, 7 etc. usque ad n atque adeo etiam ipse numerus n, si sit impar, prodibunt omnes integralis partes, quae quidem ex denominatore $N = \alpha + \beta x^n$ proficiscuntur. Si igitur m fuerit numerus affirmativus minor quam n, his partibus in unam summam colligendis completum oritur integrale quaesitum hicque etiam comprehendetur ea integralis pars, quae oritur ex factore simplici reali denominatoris, si n fuerit numerus impar, dummodo eius integralis, quod hoc casu oritur, tantum semissis capiatur vel loco quadrati, quod hoc casu signum logarithmi l habebit praefixum, eius tantum radix quadrata substituatur. Alterum enim membrum arcum circuli involvens hoc casu evanescit.

Locum autem habent haec integralia ex denominatoris $\alpha + \beta x^n$ factoribus orta, sive m sit maior quam n sive minor sive etiam numerus negativus. Nisi autem m sit numerus affirmativus minor quam n, ad integrale ex factoribus denominatoris $\alpha + \beta x^n$ inventum quidpiam insuper est adiiciendum.

Sit m numerus maior quam n ac ponatur $m = \sigma n + \tau$ existente τ numero minore quam n. Per regulam igitur primum datam ex fractione $\frac{x^{\sigma n + \tau}}{\alpha + \beta x^n}$ pars integra est extrahenda, quae erit huiusmodi

$$\frac{1}{\beta}x^{(\sigma-1)n+\tau} - \frac{\alpha}{\beta^2}x^{(\sigma-2)n+\tau} + \frac{\alpha^2}{\beta^3}x^{(\sigma-3)n+\tau} - \cdots \mp \frac{\alpha^{\sigma-1}}{\beta^\sigma}x^\tau;$$

in ultimo termino signum $+$ valet, si σ fuerit numerus impar, signum $-$ autem, si σ sit numerus par. Hoc ergo casu ad integrale ante ex factoribus denominatoris $\alpha + \beta x^n$ inventum adiici debet hoc integrale

$$\frac{x^{\sigma n - n + \tau + 1}}{\beta(\sigma n - n + \tau + 1)} - \frac{\alpha x^{\sigma n - 2n + \tau + 1}}{\beta^2(\sigma n - 2n + \tau + 1)} + \frac{\alpha^2 x^{\sigma n - 3n + \tau + 1}}{\beta^3(\sigma n - 3n + \tau + 1)}$$

$$- \frac{\alpha^3 x^{\sigma n - 4n + \tau + 1}}{\beta^4(\sigma n - 4n + \tau + 1)} + \cdots \mp \frac{\alpha^{\sigma - 1} x^{\tau + 1}}{\beta^{\sigma}(\tau + 1)}.$$

Sit iam m numerus negativus ac ponatur $m = -\sigma n - \tau$ existente τ numero minore quam n atque ad integrale ex factoribus ipsius $\alpha + \beta x^n$ inventum insuper addi debet integrale, quod oritur ex $x^{-\sigma n - \tau}$, quod membrum in denominatorem ingredietur. Habebimus scilicet $\frac{M}{N} = \frac{1}{x^{\sigma n + \tau}(\alpha + \beta x^n)}$; ponamus ex $x^{\sigma n + \tau}$ resultare hanc fractionis partem $\frac{V}{x^{\sigma n + \tau}}$ atque manifestum est $1 - V(\alpha + \beta x^n)$ divisibile esse oportere per $x^{\sigma n + \tau}$. Erit ergo

fiet enim
$$V = \frac{1}{\alpha} - \frac{\beta}{\alpha^2} x^n + \frac{\beta^2}{\alpha^3} x^{2n} - \cdots \pm \frac{\beta^{\sigma}}{\alpha^{\sigma + 1}} x^{\sigma n};$$

$$1 - V(\alpha + \beta x^n) = \mp \frac{\beta^{\sigma + 1}}{\alpha^{\sigma + 1}} x^{\sigma n + n}$$

utique divisibile per $x^{\sigma n + \tau}$, ubi signorum ambiguorum superius valet, si σ sit numerus par, inferius, si impar. Quare ad integrale ex factoribus ipsius $\alpha + \beta x^n$ inventum adiici debet insuper

$$\int \frac{V dx}{x^{\sigma n + \tau}} = \frac{-1}{\alpha(\sigma n + \tau - 1)x^{\sigma n + \tau - 1}} + \frac{\beta}{\alpha^2(\sigma n - n + \tau - 1)x^{\sigma n - n + \tau - 1}}$$

$$- \frac{\beta^2}{\alpha^3(\sigma n - 2n + \tau - 1)x^{\sigma n - 2n + \tau - 1}} + \cdots \mp \frac{\beta^{\sigma}}{\alpha^{\sigma + 1}(\tau - 1)x^{\tau - 1}}.$$

De cetero casus, quo m est numerus negativus, ad praecedentem reduci potest, ita ut peculiari solutione non sit opus. Si enim proposita sit haec formula differentialis $\frac{dx}{x^m(\alpha + \beta x^n)}$, ponatur $x = \frac{1}{y}$ atque habebitur $-\frac{y^{m+n-2} dy}{\alpha y^n + \beta}$, cuius integratio per extractionem partis integrae ex fractione $\frac{y^{m+n-2}}{\alpha y^n + \beta}$ absolvitur, uti docuimus. Dedimus ergo integrale formulae $\frac{x^m dx}{\alpha + \beta x^n}$ pro valore quocunque exponentis m sive affirmativo sive negativo. Q. E. I.

PROBLEMA 2

45. *Invenire integrale huius formulae differentialis* $\frac{x^m dx}{\alpha - \beta x^n}$ *existente* m *quo-cunque numero integro sive affirmativo sive negativo.*

SOLUTIO

Hic est $M = x^m$, $N = \alpha - \beta x^n$ et $L = \frac{dN}{dx} = -n\beta x^{n-1}$. Factor autem generalis trinomialis denominatoris $N = \alpha - \beta x^n$ est per § 28

$$\sqrt[n]{\alpha^2} - 2x\sqrt[n]{\alpha\beta} \cdot \cos. A. \frac{2k\pi}{n} + xx\sqrt[n]{\beta^2},$$

unde est

$$p = \sqrt[n]{\alpha^2}, \quad q = \sqrt[n]{\beta^2}, \quad \varphi = \frac{2k\pi}{n} \quad \text{et} \quad f = \sqrt[n]{\frac{\alpha}{\beta}}.$$

Ex his autem fiet porro

$$\mathfrak{M} = f^m \cos. A. m\varphi, \quad \mathfrak{L} = -n\beta f^{n-1} \cos. A. (n-1)\varphi,$$

$$\mathfrak{m} = f^m \sin. A. m\varphi, \quad \mathfrak{l} = -n\beta f^{n-1} \sin. A. (n-1)\varphi$$

hincque

$$\frac{\mathfrak{l}}{\mathfrak{L}} = \text{tang. A.} (n-1)\varphi \quad \text{et} \quad \lambda = (n-1)\varphi = \frac{2k(n-1)\pi}{n}$$

atque

$$\frac{\mathfrak{m}}{\mathfrak{M}} = \text{tang. A.} m\varphi \quad \text{et} \quad \mu = m\varphi = \frac{2km\pi}{n}$$

ideoque $\lambda - \mu = \frac{(n-m-1)2k\pi}{n}$, quare

$$\cos. A. (\lambda - \mu) = \cos. A. \frac{(n-m-1)2k\pi}{n} = \cos. A. \frac{(m+1)2k\pi}{n}$$

et

$$\sin. A. (\lambda - \mu) = \sin. A. \frac{(n-m-1)2k\pi}{n} = -\sin. A. \frac{(m+1)2k\pi}{n}.$$

Deinde est

$$\sqrt{(\mathfrak{M}^2 + \mathfrak{m}^2)} = f^m \quad \text{et} \quad \sqrt{(\mathfrak{L}^2 + \mathfrak{l}^2)} = -n\beta f^{n-1},$$

ergo

$$\mathfrak{K} = \frac{-1}{n\beta f^{n-m-1}} = \frac{-\beta^{\frac{n-m-1}{n}}}{n\beta \alpha^{\frac{n-m-1}{n}}} = \frac{-1}{n\alpha^{\frac{n-m-1}{n}}\beta^{\frac{m+1}{n}}} \quad \text{et} \quad \frac{\mathfrak{K}}{\sqrt{q}} = \frac{-1}{n\alpha^{\frac{n-m-1}{n}}\beta^{\frac{m+2}{n}}}.$$

Ex factore ergo trinomiali generali nascitur sequens integralis pars

$$-\frac{\cos. A.\frac{(m+1)2k\pi}{n}}{n\alpha^{\frac{n-m-1}{n}}\beta^{\frac{m+2}{n}}}l\left(\sqrt[n]{\alpha^2}-2x\sqrt[n]{\alpha\beta}\cdot\cos. A.\frac{2k\pi}{n}+xx\sqrt[n]{\beta^2}\right)$$

$$+\frac{2\sin. A.\frac{(m+1)2k\pi}{n}}{n\alpha^{\frac{n-m-1}{n}}\beta^{\frac{m+2}{n}}}\; A.\tan g.\frac{x\sqrt[n]{\beta}\cdot\sin. A.\frac{2k\pi}{n}}{\sqrt[n]{\alpha}-x\sqrt[n]{\beta}\cdot\cos. A.\frac{2k\pi}{n}}.$$

Si iam loco $2k$ successive omnes numeri pares 0, 2, 4, 6 etc. usque ad n atque adeo ipse numerus n, si sit par, substituantur, prodibunt omnes integralis partes ex denominatore $\alpha-\beta x^n$ oriundae. Quoties autem fit $\cos. A.\frac{2k\pi}{n}$ vel $+1$ vel -1, quorum illud evenit, si $2k=0$, hoc vero casu $2k=n$, si quidem n est numerus par, tum factor prodit simplex et membrum a quadratura circuli pendens evanescit; membri autem logarithmici his casibus semissis debet capi seu, quod eodem redit, loco quadrati, quod his casibus signum logarithmi l habebit praefixum, eius tantum radix quadrata scribi debet. Hocque pacto colligendis omnibus istis integralibus resultabit completum integrale quaesitum, si quidem m fuerit numerus affirmativus minor quam n. Quodsi autem m fuerit numerus maior quam n, puta $m=\sigma n+\tau$, tum ad integrale illud insuper addi debet

$$-\frac{x^{\sigma n-n+\tau+1}}{\beta(\sigma n-n+\tau+1)}-\frac{\alpha x^{\sigma n-2n+\tau+1}}{\beta^2(\sigma n-2n+\tau+1)}-\frac{\alpha^2 x^{\sigma n-3n+\tau+1}}{\beta^3(\sigma n-3n+\tau+1)}-\cdots-\frac{\alpha^{\sigma-1}x^{\tau+1}}{\beta^\sigma(\tau+1)}.$$

Sin autem m fuerit numerus negativus, puta $m=-\sigma n-\tau$, tum ad integrale ex factoribus denominatoris $\alpha-\beta x^n$ inventum adiici oportebit

$$-\frac{1}{\alpha(\sigma n+\tau-1)x^{\sigma n+\tau-1}}-\frac{\beta}{\alpha^2(\sigma n-n+\tau-1)x^{\sigma n-n+\tau-1}}$$

$$-\frac{\beta^2}{\alpha^3(\sigma n-2n+\tau-1)x^{\sigma n-2n+\tau-1}}-\cdots-\frac{\beta^\sigma}{\alpha^{\sigma+1}(\tau-1)x^{\tau-1}}.$$

Q. E. I.

PROBLEMA 3

46. *Invenire integrale huius formulae differentialis* $\dfrac{x^m dx}{\alpha+\beta x^n+\gamma x^{2n}}$ *denotante m numerum quemcunque integrum sive affirmativum sive negativum.*

SOLUTIO

Hic est $M = x^m$, $N = \alpha + \beta x^n + \gamma x^{2n}$ et $L = \frac{dN}{dx} = n\beta x^{n-1} + 2n\gamma x^{2n-1}$. Factor autem ipsius N quicunque trinomialis sit

$$p - 2x \sqrt{pq} \cdot \cos. \mathrm{A}. \varphi + qxx;$$

singulos enim factores huius formae supra invenire docuimus; sit porro $f = \sqrt{\frac{p}{q}}$ eritque

$$\mathfrak{M} = f^m \cos. \mathrm{A}. m\varphi, \quad \mathfrak{L} = n\beta f^{n-1} \cos. \mathrm{A}. (n-1)\varphi + 2n\gamma f^{2n-1} \cos. \mathrm{A}. (2n-1)\varphi,$$

$$\mathfrak{m} = f^m \sin. \mathrm{A}. m\varphi, \quad \mathfrak{l} = n\beta f^{n-1} \sin. \mathrm{A}. (n-1)\varphi + 2n\gamma f^{2n-1} \sin. \mathrm{A}. (2n-1)\varphi$$

hincque $\frac{\mathfrak{m}}{\mathfrak{M}} = \mathrm{tang}. \mathrm{A}. m\varphi$ et $\mu = m\varphi$ similique modo

$$\frac{\mathfrak{l}}{\mathfrak{L}} = \frac{\beta \sin. \mathrm{A}. (n-1)\varphi + 2\gamma f^n \sin. \mathrm{A}. (2n-1)\varphi}{\beta \cos. \mathrm{A}. (n-1)\varphi + 2\gamma f^n \cos. \mathrm{A}. (2n-1)\varphi} = \mathrm{tang}. \mathrm{A}. \lambda,$$

unde arcus λ innotescit. Porro est

$$\sqrt{(\mathfrak{M}^2 + \mathfrak{m}^2)} = f^m \quad \text{et} \quad \sqrt{(\mathfrak{L}^2 + \mathfrak{l}^2)} = nf^{n-1}\sqrt{(\beta^2 + 4\beta\gamma f^n \cos. \mathrm{A}. n\varphi + 4\gamma\gamma f^{2n})}$$

ideoque

$$\mathfrak{R} = \frac{1}{nf^{n-m-1}\sqrt{(\beta^2 + 4\beta\gamma f^n \cos. \mathrm{A}. n\varphi + 4\gamma\gamma f^{2n})}}.$$

Ex isto ergo denominatoris factore generali orietur sequens integralis pars

$$\frac{\mathfrak{R} \cos. \mathrm{A}. (\lambda - m\varphi)}{\sqrt{q}} l(p - 2x\sqrt{pq} \cdot \cos. \mathrm{A}. \varphi + qxx)$$

$$+ \frac{2\mathfrak{R} \sin. \mathrm{A}. (\lambda - m\varphi)}{\sqrt{q}} \mathrm{A}. \mathrm{tang}. \frac{x\sqrt{q} \cdot \sin. \mathrm{A}. \varphi}{\sqrt{p} - x\sqrt{q} \cdot \cos. \mathrm{A}. \varphi}.$$

Hoc igitur modo ex singulis denominatoris factoribus trinomialibus respondentes integralis partes reperiuntur; quoniam vero etiam factores simplices in factoribus trinomialibus continentur, quando hi in quadrata abeunt, etiam integralis partes ex his resultantes obtinebuntur, si prioris membri logarithmici semissis sumatur; alterum enim membrum a quadratura circuli pendens

sponte evanescit. Quodsi ergo exponens m fuerit numerus affirmativus minor quam $2n$, tum hoc modo completum integrale reperietur. At si m sit numerus maior quam $2n$, tum in fractione $\frac{M}{N}$ pars integra continebitur, ex qua peculiaris integralis pars nascitur. Invenitur autem haec pars integra per divisionem, ut supra ostendimus. Quodsi autem m fuerit numerus negativus, tum ponatur $x = \frac{1}{y}$ atque formula proposita $\frac{dx}{x^m(\alpha + \beta x^n + \gamma x^{2n})}$ abibit in hanc $\frac{-y^{2n+m-2}dy}{\alpha y^{2n} + \beta y^n + \gamma}$; ex qua si partes integrae eliciantur atque integrentur, tum ea ipsa integralis pars reperietur, quae ex x^m, quatenus in denominatore versatur, resultat. Ope adeo regulae traditae omnino formularum differentialium integralia concessa aequationum quotcunque dimensionum resolutione actu exhiberi poterunt, ita ut non solum sint quantitates reales, sed etiam alias quadraturas praeter hyperbolae ac circuli non requirant. Q. E. I.

DE LA CONTROVERSE
ENTRE MRS. LEIBNIZ ET BERNOULLI
SUR LES LOGARITHMES
DES NOMBRES NEGATIFS ET IMAGINAIRES

Quoique la doctrine des logarithmes soit si solidement établie que les vérités qu'elle renferme, semblent aussi rigoureusement démontrées que celles de la Geometrie, les Mathematiciens sont pourtant encore fort partagés sur la nature des logarithmes des nombres négatifs et imaginaires; et quand on ne trouve pas cette controverse fort agitée, la raison en est apparemment qu'on n'a pas voulu rendre suspecte la certitude de tout ce qu'on avance dans les parties pures de la Mathematique, en dévelopant devant les yeux de tout le monde les difficultés et même les contradictions auxquelles les sentimens des Mathematiciens sur les logarithmes des nombres négatifs et imaginaires sont assujettis. Car, bien que leurs sentimens puissent être fort differens sur des questions qui regardent la Mathematique appliquée, où les diverses manieres d'envisager les objets et de les ramener à des idées precises peuvent donner lieu à des controverses réelles, on a toujours prétendu que les parties pures de la Mathematique étoient entierement délivrées de tout sujet de dispute, et qu'il ne s'y trouvoit rien dont on ne fût en état de démontrer ou la vérité ou la fausseté.

Comme la doctrine des logarithmes appartient sans contredit à la Mathematique pure, on sera bien surpris d'apprendre qu'elle ait été jusqu'ici assujettie à des controverses tellement embarrassées que, de quelque parti qu'on

25*

se déclare, on tombe toujours en des contradictions qu'il semble tout à fait impossible de lever. Cependant, si la vérité doit se soutenir partout, il n'y a aucun doute que toutes ces contradictions, quelque ouvertes qu'elles paroissent, ne peuvent être qu'apparentes, et qu'il n'y sauroit manquer des moyens pour sauver la vérité, quoique nous ne sachions point de quel endroit nous puissions tirer ces moyens.

Cette controverse sur les logarithmes des nombres négatifs et imaginaires se trouve agitée avec assez de force dans le Commerce litteraire[1]) entre M. LEIBNIZ et M. JEAN BERNOULLI. Ces deux grands Mathematiciens, à qui nous sommes pour la pluspart redevables de l'Analyse des infinis, furent tellement partagés sur cet article, qu'il n'y avoit pas moyen de les mettre d'accord là dessus, quoique l'un et l'autre n'ait eu en vuë que la vérité, et qu'ils fussent également éloignés de soutenir leurs sentimens avec opiniatreté. Mais chacun a trouvé dans le sentiment de l'autre tant de contradictions, que ç'auroit été une complaisance trop outrée, si l'un avoit changé son sentiment en faveur de l'autre. Car il faut remarquer que les contradictions que ces deux Grands hommes se reprochoient, étoient réelles, et point du tout du nombre de celles qui ne paroissent telles qu'à la partie opposée, entêtée de son propre sentiment.

7. Haec igitur tenenda sunt de istiusmodi formulis integralibus dupli-catis, quando binae variabiles x et y nullo plane nexu inter se cohaerent, ita ut in altera integratione altera, in altera vero altera constans accipiatur. Verum tales formulae non confundendae sunt cum iis, quibus, ut initio dixi, soliditas et superficies corporum quorumcunque exprimi solet. Etsi enim hae formulae etiam duplicem integrationem requirunt et in priori altera binarum variabilium, puta y, sola ut variabilis tractatur altera x pro constante assumta, tamen priori integratione peracta, ea per omnes valores ipsius y extendi sic-que tandem loco y extremus valor, quem recipere potest, statui debet, qui plerumque ab x pendet, ita ut hoc valore post primam integrationem loco y constituto in posteriori integratione y tanquam functio quaedam ipsius x ingrediatur neque propterea pro constanti haberi queat, qua conditione fit, ut altera integratio plurimum immutetur, etsi prior simili modo ut ante absolvatur.

8. Quod discrimen quo clarius perspiciatur, exemplum attulisse iuvabit. Quaeratur ergo soliditas sphaerae, cuius centrum sit C (Fig. 1) et radius $CA = a$, ac primo quidem portio eius quadranti ACB insistens, cuius elementum est columella $YZyz$ areolae $Yy = dxdy$ insistens positis $CP = x$ et $PY = y$, eritque eius altitudo $YZ = \sqrt{(aa - xx - yy)}$; hinc soliditas columellae elementaris $= dxdy\sqrt{(aa - xx - yy)}$, quam bis inte-grari oportet. Maneat primo intervallum $CP = x$ constans et integrale $\int dy\sqrt{(aa - xx - yy)}$ ita sumtum, ut evanescat posito $y = 0$, dabit portiun-culam areolae $PpYq$ insistentem, quae ergo erit

$$= \frac{1}{2} y\sqrt{(aa - xx - yy)}$$

$$+ \frac{1}{2}(aa - xx)\,\mathrm{A\,sin.}\frac{y}{\sqrt{(aa - xx)}}.$$

Fig. 1.

Iam hoc valore in altera integratione uti oportet, sed antequam is inducatur, per totam distantiam PM extendi debet, ut habeatur elementum soliditatis toti areolae $PpMm$ insistens; puncto autem Y ad M usque promoto fit $y = \sqrt{(aa - xx)}$, qui ergo valor loco y substitui debet, ita ut in sequente integratione quantitas y minime ut constans consideretur haecque tractandi methodus plurimum a praecedente discrepet.

9. Posito ergo $y = V(aa - xx)$ fit

$$\int dy \, V(aa - xx - yy) = \frac{\pi}{4}(aa - xx),$$

cum sit A sin. $1 = \frac{\pi}{2}$, sicque integratio adhuc absolvenda erit

$$\int dx \int dy \, V(aa - xx - yy) = \frac{\pi}{4} \int (aa - xx) dx,$$

ubi quidem unica variabilis x inest, sed non ideo, quod iam hic y pro constanti habeatur, sed quia pro y certa quaedam functio ipsius x est substituta. Haec altera vero integratio ita instituta, ut evanescat posito $x = 0$, dabit soliditatem portionis sphaerae, quae areae $CBMP$ insistit, quae idcirco erit $= \frac{\pi}{4}\left(aax - \frac{1}{3}x^3\right)$; unde sphaerae octans seu portio toti quadranti ACB insistens prodibit punctum P usque in A promovendo, ut fiat $x = a$. Tum ergo soliditas octantis sphaerae erit $= \frac{\pi}{6}a^3$ hincque totius sphaerae $= \frac{4\pi}{3}a^3$, uti constat. Ex quo exemplo intelligitur talem soliditatis investigationem plurimum differre ab integratione duplicata formularum primo exposita.

10. Quodsi non totum octantem sphaerae, sed eam tantum eius portionem, quae areae rectangulari $CEDF$ (Fig. 2) insistit, investigare velimus, prior integratio ut ante instituenda est, sed ea peracta ipsi y valor PM debet tribui, qui quidem est constans, et propterea haec investigatio ad primum genus videtur accedere, verum tamen eo discrepat, quod integrale determinatum prodeat, cum ibi functiones indefinitae X et Y inveherentur. Posito ergo ut ante sphaerae radio $CA = a$ sit rectanguli $CEFD$ latus $CD = e$ et $CE = f$ et solidum elementare areolae $Pp\,Yq$ insistens erit ut ante

Fig. 2.

$$\frac{1}{2} y \, V(aa - xx - yy)$$

$$+ \frac{1}{2}(aa - xx) \, A \sin. \frac{y}{V(aa - xx)},$$

quod usque ad M extensum, ubi fit $y = f$, erit

$$\frac{1}{2} f \, V(aa - ff - xx) + \frac{1}{2}(aa - xx) \, A \sin. \frac{f}{V(aa - xx)},$$

unde solidum areae $CPEM$ insistens sequenti integrali exprimetur

$$\frac{1}{2} f \int dx \, V(aa - ff - xx) + \frac{1}{2} \int (aa - xx) \, dx \, \text{A sin.} \frac{f}{V(aa - xx)},$$

si quidem ita definiatur, ut evanescat posito $x = 0$. Evolvamus ergo seorsim has binas formulas.

11. Ac prima quidem statim praebet

$$\int dx \, V(aa - ff - xx) = \frac{1}{2} x \, V(aa - ff - xx) + \frac{1}{2} (aa - ff) \, \text{A sin.} \frac{x}{V(aa - ff)},$$

altera autem ob

$$d. \, \text{A sin.} \frac{f}{V(aa - xx)} = \frac{f x \, dx}{(aa - xx) \, V(aa - ff - xx)}$$

ita transformatur

$$\int (aa - xx) \, dx \, \text{A sin.} \frac{f}{V(aa - xx)}$$

$$= \left(aax - \frac{1}{3} x^3\right) \text{A sin.} \frac{f}{V(aa - xx)} - f \int \frac{\left(aa - \frac{1}{3} xx\right) xx \, dx}{(aa - xx) \, V(aa - ff - xx)},$$

ad quam postremam partem integrandam notetur esse

$$\text{A sin.} \frac{fx}{V(aa - ff)(aa - xx)} = \int \frac{af \, dx}{(aa - xx) \, V(aa - ff - xx)};$$

huius ergo dabitur multiplum quoddam, quod illi formae adiectum praebeat talem formam

$$\int \frac{\left(aa - \frac{1}{3} xx\right) xx \, dx}{(aa - xx) \, V(aa - ff - xx)} + m \, \text{A sin.} \frac{fx}{V(aa - ff)(aa - xx)}$$

$$= \int \frac{\left(aaxx - \frac{1}{3} x^4 + maf\right) dx}{(aa - xx) \, V(aa - ff - xx)},$$

ut $aaxx - \frac{1}{3} x^4 + maf$ fiat per $aa - xx$ divisibile, id quod fit sumendo $m = -\frac{2a^3}{3f}$; hincque erit

$$\int \frac{\left(aa - \frac{1}{3} xx\right) xx \, dx}{(aa - xx) \, V(aa - ff - xx)} = \frac{2a^3}{3f} \text{A sin.} \frac{fx}{V(aa - ff)(aa - xx)} - \frac{1}{3} \int \frac{(2aa - xx) dx}{V(aa - ff - xx)}.$$

12. Cum igitur sit

$$\int \frac{(2aa-xx)dx}{\sqrt{(aa-ff-xx)}} = \frac{1}{2}(3aa+ff)\,A\sin.\frac{x}{\sqrt{(aa-ff)}} + \frac{1}{2}x\sqrt{(aa-ff-xx)},$$

erit

$$\int \frac{\left(aa-\frac{1}{3}xx\right)xxdx}{(aa-xx)\sqrt{(aa-ff-xx)}}$$

$$= \frac{2a^3}{3f}\,A\sin.\frac{fx}{\sqrt{(aa-ff)(aa-xx)}} - \frac{1}{6}(3aa+ff)A\sin.\frac{x}{\sqrt{(aa-ff)}} - \frac{1}{6}x\sqrt{(aa-ff-xx)}$$

hincque

$$\int(aa-xx)dx\,A\sin.\frac{f}{\sqrt{(aa-xx)}}$$

$$= \left(aax-\frac{1}{3}x^3\right)A\sin.\frac{f}{\sqrt{(aa-xx)}} - \frac{2}{3}a^3\,A\sin.\frac{fx}{\sqrt{(aa-ff)(aa-xx)}}$$

$$+ \frac{1}{6}f(3aa+ff)\,A\sin.\frac{x}{\sqrt{(aa-ff)}} + \frac{1}{6}fx\sqrt{(aa-ff-xx)}.$$

Quare posito $x = CD = e$ erit soliditas portionis sphaerae rectangulo $CDEF$ insistentis

$$\frac{1}{4}ef\sqrt{(aa-ee-ff)} + \frac{1}{4}f(aa-ff)\,A\sin.\frac{e}{\sqrt{(aa-ff)}}$$

$$+ \frac{1}{6}e(3aa-ee)\,A\sin.\frac{f}{\sqrt{(aa-ee)}} - \frac{1}{3}a^3\,A\sin.\frac{ef}{\sqrt{(aa-ee)(aa-ff)}}$$

$$+ \frac{1}{12}f(3aa+ff)\,A\sin.\frac{e}{\sqrt{(aa-ff)}} + \frac{1}{12}ef\sqrt{(aa-ee-ff)},$$

quae expressio reducitur ad hanc

$$\frac{1}{3}ef\sqrt{(aa-ee-ff)} + \frac{1}{6}f(3aa-ff)\,A\sin.\frac{e}{\sqrt{(aa-ff)}}$$

$$+ \frac{1}{6}e(3aa-ee)\,A\sin.\frac{f}{\sqrt{(aa-ee)}} - \frac{1}{3}a^3\,A\sin.\frac{ef}{\sqrt{(aa-ee)(aa-ff)}}.$$

13. Si ergo rectanguli terminus F usque ad peripheriam porrigatur, ut sit $ee+ff=aa$, primum membrum evanescit et arcus circulares tria reliqua afficientes abeunt in angulum rectum seu $\frac{\pi}{2}$ eritque soliditas

$$\frac{\pi}{2}\left(\frac{1}{2}\,aae + \frac{1}{2}\,aaf - \frac{1}{6}\,e^3 - \frac{1}{6}\,f^3 - \frac{1}{3}\,a^3\right)$$

seu ob $f = V(aa - ee)$

$$\frac{\pi}{12}\left((2aa + ee)\,V(aa - ee) - 2a^3 + 3aae - e^3\right),$$

quod solidum fit maximum, si $f = e = \dfrac{a}{V2}$, fitque id tum $= \dfrac{\pi a^3(5 - 2V2)}{12\,V2}$, dum soliditas octantis sphaerae est $= \dfrac{\pi}{6}\,a^3$, ita ut nostrum solidum sit ad octantem sphaerae ut $5 - 2V2$ ad $2V2$. Sin autem punctum F non ad peripheriam quadrantis pertingat fueritque $f = e$, erit soliditas quaesita

$$= \frac{1}{3}\,ee\,V(aa - 2ee) + \frac{1}{3}\,e(3aa - ee)\,\text{A sin.}\,\frac{e}{V(aa - ee)} - \frac{1}{3}\,a^3\,\text{A sin.}\,\frac{ee}{aa - ee}.$$

Quare si fuerit

$$\text{A sin.}\,\frac{e}{V(aa - ee)} : \text{A sin.}\,\frac{ee}{aa - ee} = a^3 : e(3aa - ee),$$

solidum algebraice exprimetur.

14. Quo autem rem generalius complectamur, quaeramus solidum areae cuicunque $GQHR$ (Fig. 3) insistens; cuius elementum cum areolae $Yy = dxdy$ insistat idque sit $= dxdy\,V(aa - xx - yy)$, prima integratio sumto x constante praebet

Fig. 3.

$$\frac{1}{2}dx\left(y\,V(aa - xx - yy) + (aa - xx)\,\text{A sin.}\,\frac{y}{V(aa - xx)}\right).$$

Sint iam ex natura curvae $GQHR$ distantiae extremae $PQ = q$ et $PR = r$ atque solidum elementare areolae QR insistens erit

$$\frac{1}{2}\,dx \begin{cases} + r\,V(aa - xx - rr) + (aa - xx)\,\text{A sin.}\,\dfrac{r}{V(aa - xx)} \\[2mm] - q\,V(aa - xx - qq) - (aa - xx)\,\text{A sin.}\,\dfrac{q}{V(aa - xx)} \end{cases}.$$

Quare cum q et r possint esse functiones quaecunque ipsius x, evidens est, quantum absit, quominus quantitas y in sequente integratione pro constanti habeatur. Sequens autem integratio a valore $x = CE$ usque ad valorem $x = CF$ est extendenda.

15. Si figura basis $GQHR$ a recta CA traiiciatur, ut quaeratur solidum basi CGH (Fig. 4) insistens, cuius natura exprimatur aequatione quacunque inter $CP = x$, $PR = r$, erit solidum

$$\frac{1}{2}\int dx\Big(r\sqrt{(aa - xx - rr)} + (aa - xx)\,\mathrm{A}\sin.\frac{r}{\sqrt{(aa - xx)}}\Big),$$

Fig. 4.

ubi problema non inelegans se offert, quo figura basis CGH quaeritur, ut solidum ei insistens algebraice exprimatur.

Statuatur in hunc finem $r = u\sqrt{(aa - xx)}$, ut solidum indefinitum areae $CPRG$ insistens sit

$$\frac{1}{2}\int(aa - xx)dx\left(u\sqrt{(1 - uu)} + \mathrm{A}\sin.u\right),$$

quae expressio transformatur in hanc

$$\frac{1}{2}\Big(aax - \frac{1}{3}x^3\Big)\big(u\sqrt{(1 - uu)} + \mathrm{A}\sin.u\big) - \int\Big(aax - \frac{1}{3}x^3\Big)du\sqrt{(1 - uu)}.$$

Fiat iam

$$\int\Big(aax - \frac{1}{3}x^3\Big)du\sqrt{(1 - uu)} = na^3\,\mathrm{A}\sin.u + a^3 U$$

existente U functione algebraica ipsius u, et cum sit soliditas

$$\frac{1}{2}\Big(aax - \frac{1}{3}x^3\Big)u\sqrt{(1 - uu)} - a^3 U + \Big(\frac{1}{2}aax - \frac{1}{6}x^3 - na^3\Big)\mathrm{A}\sin.u,$$

ea erit algebraica casu $-x^3 + 3aax = 6na^3$, dummodo u evanescat posito $x = 0$; tum enim soliditas erit $= na^3 u\sqrt{(1 - uu)} - a^3 U$.

16. Ponamus $dU = U'du$ ac prodibit haec inter x et u aequatio

$$aax - \frac{1}{3}x^3 = \frac{na^3}{1 - uu} + \frac{a^3 U'}{\sqrt{(1 - uu)}}.$$

Fingatur $U = mu\sqrt{(1 - uu)}$; erit $U' = \dfrac{m - 2muu}{\sqrt{(1 - uu)}}$, et ut u evanescat posito $x = 0$, debet esse $m = -n$, ut fiat

$$aax - \frac{1}{3}x^3 = \frac{2na^3uu}{1 - uu} \quad \text{seu} \quad u = \sqrt{\frac{3aax - x^3}{6na^3 + 3aax - x^3}}$$

hincque

$$r = \sqrt{\frac{(aa - xx)(3aax - x^3)}{6na^3 + 3aax - x^3}}.$$

Iam ob

$$u\sqrt{(1 - uu)} = \frac{\sqrt{6na^3(3aax - x^3)}}{6na^3 + 3aax - x^3}$$

fit soliditas illa

$$= \frac{2na^3\sqrt{6na^3(3aax - x^3)}}{6na^3 + 3aax - x^3}.$$

Si haec soliditas locum habere debeat facto $x = a$, fit

$$n = \frac{1}{3}, \quad r = \sqrt{\frac{(aa - xx)(3aax - x^3)}{2a^3 + 3aax - x^3}} = \sqrt{\frac{x(a - x)(3aa - xx)}{(a + x)(2a - x)}}$$

ac posito $x = a$ erit soliditas $= \frac{1}{3}a^3$ et curva pro basi inventa est linea quarti ordinis.

17. Quae hic de soliditate portionis sphaericae datae basi insistentis sunt tradita, simili calculo ad quaevis alia corpora accommodari possunt, cum tantum in formula $Zdxdy$ quantitas Z alio modo per x et y determinetur, dum hic erat $Z = \sqrt{(aa - xx - yy)}$. Quin etiam si superficies corporis cuiuscunque datae basi imminens definiri debeat, id integratione gemina similis formulae differentialis $Zdxdy$ eodem modo expedietur. Ita si corpus sit sphaera, elementum superficiei areolae elementari basis $dxdy$ imminentis est $\dfrac{a\,dxdy}{\sqrt{(aa - xx - yy)}}$, ita ut sit $Z = \dfrac{a}{\sqrt{(aa - xx - yy)}}$, cuius gemina integratio pari modo pro ratione basis, cui imminens portio superficiei quaeritur, est instituenda. Atque in genere quantitates quaecunque aliae cuiusvis corporis, quae certae basi respondeant, ope similium operationum determinabuntur.

18. Quaecunque ergo Z fuerit functio ipsarum x et y, pro integrali duplicato $\iint Zdxdy$ primo quaeritur integrale $\int Zdy$ quantitate x ut constante spectata idque extendatur per totam quantitatem y sicque extremi valores

ipsius y in computum ingredientur, quae erunt functiones ipsius x ex basis figura cognitae; sicque pro $\int Z dy$ orietur functio ipsius x, quae in dx ducta denuo more solito debet integrari. Idem tenendum est, si ordine inverso primo formula $\int Z dx$ integretur spectato y ut constante; quod integrale dum per totum intervallum x extenditur, extremi valores ipsius x eidem y respondentes, qui erunt functiones ipsius y, invehentur sicque $\int Z dx$ abibit in functionem ipsius y tantum, quae per dy multiplicata denuo ita integrari debet, ut integrale per totum intervallum y extendatur. Utroque scilicet modo integratio per totam basin est extendenda eademque praecepta sunt observanda, qualiscunque Z fuerit functio ipsarum x et y.

19. Basi ergo data determinatio integrationum perinde se habet, ac si quantitas Z esset constans quaerereturque tantum integrale $\int\int dx dy$, quo

Fig. 5.

area basis exprimitur. Quare ad praecepta, quae in determinatione horum integralium observari oportet, stabilienda sufficiet posuisse $Z = 1$, ut integrale duplicatum $\int\int dx dy$ definiendum sit; sive autem sumatur x sive y, extremi valores utriusque determinabuntur per aequationem basis figuram exprimentem. Scilicet priori integratione peracta, ubi punctum Y (Fig. 5) ubicunque intra terminos extremos erat assumtum, tum hoc punctum in peripheriam basis transferatur, quo pacto x et y fient coordinatae basis, inter quas aequatio datur, ex qua deinceps sive y per x sive x per y determinabitur.

20. Quae quo clarius perspiciantur, sumamus basis figuram esse circulum centrum in G et radium GQ habentem ponamusque $CF = f$, $FG = g$ et $GQ = c$; erit puncto Y in peripheriam huius circuli translato

$$cc = (f - x)^2 + (g - y)^2.$$

Iam ad aream huius circuli investigandam sit primo x constans eritque $\int dy = y + C$, et quia y habet geminum valorem in nostra basi

$$y = g \pm V(cc - (f - x)^2),$$

haec integratio ita determinetur, ut integrale evanescat, dum ipsi y minor horum valorum $g - V(cc - (f - x)^2)$ tribuitur, ita ut sit

$$\int dy = y - g + V(cc - (f - x)^2).$$

Nunc ergo y usque ad alterum terminum $y = g + V(cc - (f - x)^2)$ extenso erit

$$\int dy = 2V(cc - (f - x)^2),$$

quod iam per dx multiplicatum et integratum praebet

$$\int dx \int dy = C - (f - x)V(cc - (f - x)^2) - cc\, \text{A sin.} \frac{f - x}{c};$$

quod ut evanescat posito $x = f - c$, fit $C = cc\, \text{A sin.}\, 1 = \frac{\pi}{2} cc$. Porro statuatur $x = f + c$ et ob $cc\, \text{A sin.}\frac{f-x}{c} = -cc\, \text{A sin.}\, 1 = -\frac{\pi}{2} cc$ erit area quaesita tota $= \frac{\pi}{2} cc + \frac{\pi}{2} cc = \pi cc$, uti constat.

21. Si has determinationes accuratius perpendamus, videmus extremos valores ipsius x ita esse comparatos, ut alter sit maximus, [alter minimus,] siquidem basis tota quadam curva in se redeunte terminetur. Hi ergo ambo valores reperientur, si aequatio naturam basis exprimens differentietur et $dx = 0$ ponatur. Quando autem basis non una quadam linea curva terminatur, sed portione quapiam, veluti CGH (Fig. 4, p. 298), continetur, cuius basis CH sit maxima, tum minor terminus ipsius x manifesto est $= 0$, maior autem ipsi CH aequalis; eodemque casu termini applicatae PR abscissae $CP = x$ respondentis sunt alter $= 0$, alter vero $= CG$. Quacunque ergo basi proposita eius figura ante probe est examinanda ipsiusque termini quaquaversus explorandi, quam investigatio areae vel cuiusvis alius formulae integralis duplicatae suscipi queat; definitis autem terminis, quibus area continetur, inde determinationes integrationum sunt petendae.

22. His de integrationum determinatione expositis insignes maximeque notatu dignae affectiones huiusmodi formularum integralium duplicatarum perpendi merentur, quae in earum transformatione occurrunt. Scilicet quemadmodum coordinatae eiusdem curvae infinitis modis sumi possunt, ita hic loco binarum variabilium x et y binae quaecunque aliae variabiles in computum introduci possunt, sive eae pariter sint coordinatae sive aliae quantitates utcunque definitae. Ita talis transformatio in genere ita concipi potest,

ut loco x et y functiones quaecunque aliarum duarum variabilium t et v substituantur, hisque in aequationem pro basi datam introductis simili modo limites harum quantitatum t et v, quibus figura basis terminatur, definiri poterunt. Utcunque autem hae substitutiones sumantur, tandem post duplicem integrationem semper eadem quantitas resultet necesse est.

23. Si loco x et y aliae quaecunque binae coordinatae orthogonales introducantur, puta t et v, quod fit in genere ponendo

$$x = f + mt + v\sqrt{(1 - mm)} \quad \text{et} \quad y = g + t\sqrt{(1 - mm)} - mv,$$

manifestum est elementum areae basis, quod ante erat $dxdy$, nunc per $dtdv$ exprimi debere. Cum autem inde sit

$$dx = mdt + dv\sqrt{(1 - mm)} \quad \text{et} \quad dy = dt\sqrt{(1 - mm)} - mdv,$$

minime patet, quomodo loco $dxdy$ per has substitutiones oriri possit $dtdv$, dum potius prodiret

$$dxdy = mdt^2\sqrt{(1 - mm)} + (1 - 2mm)dtdv - mdv^2\sqrt{(1 - mm)},$$

quae autem formula, utcunque ad geminam integrationem adaptatur, semper in maximos errores inducet. Multo minus ergo hinc colligere licet, si loco x et y aliae functiones ipsarum t et v substituantur, cuiusmodi expressio loco $dxdy$ adhiberi debeat.

24. Ac primo quidem observo nullam hic esse rationem, cur expressio loco $dxdy$ in calculum introducenda ei aequalis esse debeat; quod tum demum necesse esset, si binae integrationes eodem modo ut ante secundum binas variabiles instituerentur. Cum autem nunc aliae variabiles t et v adsint atque altera integratio per variabilitatem ipsius t, altera ipsius v sit administranda, quae operationes a praecedentibus plurimum differunt, formula iam loco $dxdy$ inducenda non ex aequalitate aestimari, sed potius ad scopum, qui est propositus, accommodari debet. Et quoniam iam binas integrationes secundum binas variabiles t et v distingui oportet, manifestum est formulam loco $dxdy$ adhibendam necessario producto $dtdv$ affectam esse et huiusmodi formam $Zdtdv$ habere debere.

25. Quo haec certius expediantur, maneat primo x et loco y introducatur alia variabilis u, ita ut sit y functio quaecunque ipsarum x et u et $dy = Pdx + Qdu$. Si iam in priori integratione x constans sumatur, erit utique $dy = Qdu$, hinc $\int\int dxdy = \int dx \int Qdu$, ita ut nunc loco formulae $dxdy$ habeatur $Qdxdu$, cuius integrale duplicatum proinde etiam hoc modo exprimi poterit $\int du \int Qdx$, ubi in priori integratione $\int Qdx$ quantitas u sumitur pro constante. Quodsi nunc simili modo u retineatur et loco x introducatur functio quaecunque ipsarum t et u, ut sit $dx = Rdt + Sdu$, in tractatione formulae $\int du \int Qdx$ prior integratio $\int Qdx$, in qua u constans statuitur, abibit in hanc $\int QRdt$, ita ut integrale duplicatum sit $\int du \int QRdt$ seu promiscue $\int\int QRdtdu$, unde manifestum est ob has ambas substitutiones loco formulae $dxdy$ hanc $QRdtdu$ tractari debere.

26. Introducamus nunc statim loco x et y has duas novas variabiles t et u, per quas illae ita determinentur, ut sit

$$dx = Rdt + Sdu \quad \text{et} \quad dy = Tdt + Vdu,$$

unde valore ipsius dx in forma $dy = Pdx + Qdu$ substituto fit

$$dy = PRdt + (PS + Q)du,$$

ita ut sit $PR = T$ et $PS + Q = V$, unde fit $P = \dfrac{T}{R}$ et $\dfrac{ST}{R} + Q = V$ sicque $QR = VR - ST$. Quare vi harum substitutionum loco $dxdy$ uti debemus formula $(VR - ST)dtdu$, quae bis integrata iustis adhibitis determinationibus aeque aream totius basis praebere debet atque ipsa formula $dxdy$ bis integrata. Quod autem hic pro formula areae baseos $\int\int dxdy$ est ostensum, locum habet pro quacunque alia formula $\int\int Zdxdy$, quippe quae per easdem substitutiones transformatur in hanc $\int\int Z(VR - ST)dtdu$, dummodo in Z loco x et y assumti valores substituantur. Pari enim modo binas integrationes ex figura basis determinari oportet.

27. Quodsi ergo ponatur

$$dx = Rdt + Sdu \quad \text{et} \quad dy = Tdt + Vdu,$$

loco $dxdy$ consequimur $(RV - ST)dtdu$, quae formula plurimum differt ab

ea, cui productum $dxdy$ revera est aequale; etiamsi enim termini per dt^2 et du^2 affecti, utpote ad duplicem integrationem inepti, reiiciantur, tamen, quod restat, $(RV + ST)dtdu$ ratione signi a vera formula discrepat. Verum hic non leve dubium exoritur, quod, cum coordinatae x et y pari passu ambulent, nostra formula potius differentiam $RV - ST$ quam inversam $ST - RV$ complectatur; quod dubium eo magis augetur, quod, si superius ratiocinium respectu x et y invertissemus, eaedem substitutiones nos revera ad formulam $(ST - RV)dtdu$ perduxissent. Sed quia totum discrimen tantum in signo versatur alteraque formula alterius est negativa, hinc determinatio absoluta areae basis, quippe cuius quantitas absoluta quaeritur, nullam mutationem realem patitur.

28. Haec autem magis fient perspicua, si modum, quo supra (§ 20) ad aream $EQHR$ (Fig. 5, p. 300) inveniendam usi sumus, attentius consideremus. Primum scilicet ex integratione formulae $\iint dxdy$ deduximus hanc aream

$$= \int dx(PR - PQ),$$

ubi quidem PQ a PR subtraximus, quia manifesto erat $PR > PQ$; sed in ipso calculo nulla continetur ratio, quae praecipiat, ut potius PQ a PR quam vicissim PR a PQ subtrahamus, sicque non adversante calculo potuissemus aequo iure eandem aream per $\int dx(PQ - PR)$ exprimere, quo pacto ea negativa, sed priori aequalis prodita fuisset. Ex quo perspicuum est signum $+$ vel $-$ non quantitatem areae, quae quaeritur, afficere et calculum pari iure ad utrumque perducere posse. Quam ob causam superius dubium ita diluetur, ut dicamus aream quaesitam ita exprimi debere, ut sit $= \pm \iint dtdu(RV - ST)$, et ut area positive expressa prodeat, quovis casu eo signo utendum esse, quo $\pm(RV - ST)$ reddatur quantitas positiva.

29. Hinc etiam dubia, quae forte oriri possent circa inventionem areae curvarum, quarum partes utrinque ad axem sunt dispositae et quibus tirones saepe non parum turbari solent, facile resolvuntur. Si enim curvae QAR (Fig. 6) ad axem AP relatae area tota QAR abscissae $AP = x$ respondens definiri debeat eiusque partes APQ et APR seorsim considerentur, certum est, si altera APQ affirmative spectetur, ut sit $= + Q$, alteram APR negative concipi debere, ut sit

Fig. 6.

$= -R$. Neque tamen hinc sequitur aream totam QAR fore $= Q - R$, quippe quae evanesceret, si ambae partes APQ et APR essent aequales; sed perinde ac si ambo puncta Q et R ad eandem axis partem sita essent, area perpetuo est $= \pm \int dx (PR - PQ)$, unde ob

$$\int PQ \cdot dx = Q \quad \text{et} \quad \int PR \cdot dx = -R$$

fit tota area $= \pm (Q + R)$, uti rei natura postulat.

30. Ope autem talium substitutionum, quibus loco binarum variabilium x et y binae quaecunque aliae introducantur t et u, saepenumero integratiónes plurimum sublevari facilioresque reddi possunt et quovis casu haud difficile est substitutiones maxime idoneas reperire. Veluti si area circuli $EQHR$ (Fig. 5, p. 300) ad axem CP relati definiri debeat, ubi ob $CF = f$, $FG = g$, $GQ = c$ erat $cc = (f - x)^2 + (g - y)^2$, poni conveniet

$$f - x = \frac{t}{\sqrt{(1 + uu)}} \quad \text{et} \quad g - y = \frac{tu}{\sqrt{(1 + uu)}},$$

ut fiat $tt = cc$ et $t = c$. Tum vero ob

$$dx = \frac{-dt}{\sqrt{(1 + uu)}} + \frac{tu\,du}{(1 + uu)^{\frac{3}{2}}} \quad \text{et} \quad dy = \frac{-u\,dt}{\sqrt{(1 + uu)}} - \frac{t\,du}{(1 + uu)^{\frac{3}{2}}}$$

loco $dx\,dy$ per § 27 adipiscimur $dt\,du \left(\frac{t}{(1 + uu)^2} + \frac{tuu}{(1 + uu)^2} \right) = \frac{t\,dt\,du}{1 + uu}$, cuius duplex integrale ita exprimatur

$$\int \frac{du}{1 + uu} \int t\,dt.$$

Iam vero est $\int t\,dt = \frac{1}{2} tt = \frac{1}{2} cc$ et area tota erit $\frac{1}{2} cc \int \frac{du}{1 + uu}$, dum ipsi u omnes valores possibiles tribuuntur, quandoquidem u non amplius aequationem pro basi afficiebat.

31. Quo hunc usum clarius explicemus, consideremus iterum sphaeram centrum C et radium $CA = a$ habentem, cuius portio basi circulari perpendiculariter insistens quaeri debeat. Quia radium CA per centrum huius circuli G ducere licet, sit $FG = g = 0$, ut fiat $cc = (f - x)^2 + yy$ et solidum

quaesitum $= \iint dx\, dy \sqrt{(aa - xx - yy)}$; statuatur iam

$$x = \frac{t}{\sqrt{(1 + uu)}} \quad \text{et} \quad y = \frac{tu}{\sqrt{(1 + uu)}},$$

ut fiat $xx + yy = tt$ et $\sqrt{(aa - xx - yy)} = \sqrt{(aa - tt)}$ et pro $dx\,dy$ prodeat $\frac{t\,dt\,du}{1 + uu}$, ita ut soliditas quaesita ita exprimatur $\iint \frac{t\,dt\,du\,\sqrt{(aa - tt)}}{1 + uu}$, quae integrationes determinari debebunt ex aequatione hinc pro figura basis oriunda $cc = ff - \frac{2ft}{\sqrt{(1 + uu)}} + tt$, unde fit

$$\text{vel} \quad t = \frac{f \pm \sqrt{(cc + ccuu - ffuu)}}{\sqrt{(1 + uu)}} \quad \text{vel} \quad \sqrt{(1 + uu)} = \frac{2ft}{ff - cc + tt}.$$

32. Consideretur primo t ut constans fietque integrale

$$= \int t\,dt\,\sqrt{(aa - tt)} \cdot \text{A tang.}\, u,$$

ubi constantem adiici non est necesse, quia evanescente u simul y evanescit; quaeramus enim primo solidum semicirculo insistens. At integrali hoc primo extenso ad terminum extremum ob A tang. $u = $ A cos. $\frac{1}{\sqrt{(1 + uu)}}$ fit id

$$\int t\,dt\,\sqrt{(aa - tt)} \cdot \text{A cos.}\, \frac{ff - cc + tt}{2ft},$$

cuius integrationis limites sunt $t = f - c$ et $t = f + c$. Si non soliditatem huius portionis sphaerae, sed eius superficiem basi quasi imminentem definire voluissemus, perventuri fuissemus ad hanc formulam

$$\int \frac{at\,dt}{\sqrt{(aa - tt)}} \,\text{A cos.}\, \frac{ff - cc + tt}{2ft};$$

at operae pretium non videtur eius integrationem fusius prosequi.

33. Methodus autem huiusmodi formulas integrales duplicatas tractandi haud parum illustrabitur, si eam ad problema illud quondam famosum Florentinum[1]) accommodemus, quo in superficie sphaerica portio geometrice assignabilis requirebatur, cuius superficies algebraice exprimi possit. Immineat talis

---

1) Quod problema primum anno 1692 a V. Viviani (1622—1703) ficto nomine *D. Pio Lisci Posillo geometra* propositum est, Acta erud. 1692, p. 274. Vide etiam notam p. 313 huius voluminis.   A. G.

sphaerae portio curvae GRH (Fig. 4, p. 298), cuius propterea figura est determinanda; in qua si ponatur $CP = x$, $PR = y$, superficies sphaerae imminens hac formula integrali duplicata exprimitur $\iint \frac{a\,dx\,dy}{\sqrt{(aa - xx - yy)}}$. Iam nulla substitutione adhibita si primo x pro constante habeatur, prodibit

$$\int a\,dx \text{ A sin. } \frac{y}{\sqrt{(aa - xx)}},$$

qua portio sphaerae aream indefinitam $CPRG$ tegens exprimitur, et quaestio nunc huc redit, ut eiusmodi aequatio algebraica inter x et y assignetur, unde pro tota area $CHRG$ portio superficiei sphaericae ei respondentis fiat algebraice assignabilis.

34. Ponamus brevitatis gratia $\frac{y}{\sqrt{(aa - xx)}} = v$, ut sit $y = v\sqrt{(aa - xx)}$ ac posito $x = 0$ fiat $v = n$; quoniam superius integrale evanescere debet posito $x = 0$, erit ergo superficies sphaerica aream indefinitam $CPRG$ tegens

$$= ax \text{ A sin. } v - a \int \frac{x\,dv}{\sqrt{(1 - vv)}}$$

sumto hoc integrali ita, ut evanescat posito $x = 0$. Statuatur nunc

$$\int \frac{x\,dv}{\sqrt{(1 - vv)}} = f \text{ A sin. } v - aV$$

denotante V functionem quamcunque algebraicam ipsius v, quae abeat in N posito $x = 0$, eritque superficies nostra

$$= ax \text{ A sin. } v - af \text{ A sin. } v + aaV + af \text{ A sin. } n - aaN$$

atque x per v ita determinabitur, ut sit

$$x = f - \frac{a\,dV\sqrt{(1 - vv)}}{dv};$$

sit iam $CH = h$ ac ponatur $x = h$, quo casu fiat $v = m$ et $V = M$, et cum superficies proposita sit

$$ah \text{ A sin. } m - af \text{ A sin. } m + aaM + af \text{ A sin. } n - aaN,$$

ea algebraica esse nequit, nisi sit

$$h \text{ A sin. } m - f \text{ A sin. } m + f \text{ A sin. } n = 0.$$

35. Hic igitur primo arcus, quorum sinus sunt m et n, inter se commensurabiles reddi debent, nisi forte sit $n = 0$, quo casu sufficit fieri $h = f$. Quod etsi facile infinitis modis praestari potest, tamen hoc problema multo facilius adhibendis substitutionibus ante expositis resolvetur. Ponatur ergo

$$x = \frac{t}{\sqrt{(1 + uu)}} \quad \text{et} \quad y = \frac{tu}{\sqrt{(1 + uu)}},$$

ut fiat $xx + yy = tt$ et pro $dx\,dy$ prodeat $\frac{t\,dt\,du}{1 + uu}$, atque superficies portionis sphaericae hac formula integrali duplicata exprimetur $\iint \frac{at\,dt\,du}{(1 + uu)\sqrt{(aa - tt)}}$. Sumatur primo u constans; erit ea $= \int \frac{a\,du}{1 + uu}(b - \sqrt{(aa - tt)})$, quae iam facile absolute integrabilis reddi potest; ponatur enim aequalis functioni algebraicae cuicunque ipsius u, quae sit $= V$, eritque $b - \sqrt{(aa - tt)} = \frac{dV(1 + uu)}{a\,du}$ et portio superficiei sphaericae adeo indefinita erit $= V$, ubi pro V functionem algebraicam quamcunque ipsius u accipere licet.

36. Simplicissimae solutiones deducentur ex hac hypothesi

$$V = \frac{a(\alpha + \beta u)}{\sqrt{(1 + uu)}},$$

unde fit $\frac{dV}{a\,du} = \frac{-\alpha u + \beta}{(1 + uu)^{\frac{3}{2}}}$ hincque $b - \sqrt{(aa - tt)} = \frac{\beta - \alpha u}{\sqrt{1 + uu}}$. Ponatur $b = 0$, et cum per substitutiones sit $u = \frac{y}{x}$ et $t = \sqrt{(xx + yy)}$, erit pro curva quaesita

$$\sqrt{(xx + yy)(aa - xx - yy)} = \alpha y - \beta x$$

et pro superficie

$$V = \frac{a(\alpha x + \beta y)}{\sqrt{(xx + yy)}}.$$

Hinc casus simplicissimus oritur ponendo $\beta = 0$ et $\alpha = a$, unde prodit $aaxx - (xx + yy)^2 = 0$ seu $yy = ax - xx$, ita ut curva GRH sit circulus diametro AC descriptus et $V = \frac{aax}{\sqrt{(xx + yy)}}$. Infiniti alii circuli diametrum $= a$ habentes ac per centrum sphaerae transeuntes reperiuntur, si sit $\beta = \sqrt{(aa - \alpha\alpha)}$,

unde fit

$$ax + y\sqrt{(aa - \alpha\alpha)} = xx + yy \quad \text{et} \quad V = \frac{a(\alpha x + y\sqrt{(aa - \alpha\alpha)})}{\sqrt{(xx + yy)}} = a\sqrt{(xx + yy)},$$

ubi notandum est quantitatem V pro natura rei constantem quandam assumere.

37. Concipiatur ergo octans sphaerae super quadrante ACB (Fig. 7) extractus, cuius radius $CA = a$, qui simul sit diameter semicirculi CRA; in quo si ducatur corda quaecunque CR et perpendiculum RP, ut sit $CP = x$ et $PR = y$, erit $CR = t$ et u erit tangens anguli ACR. Quoniam igitur posuimus $b = 0$, prius integrale, quo u erat constans, est $\sqrt{(aa - tt)}$; quod cum evanescat, si $t = a$, evidens est id non per cordam $CR = t$, sed per eius complementum RS extendi. Hinc repetita integratio $\int \frac{a\,du}{1 + uu}\sqrt{(aa - tt)}$ eam sphaericae superficiei portionem exprimit, quae trilineo $RVAS$ imminet, quae ergo ob $\sqrt{(aa - tt)} = \frac{au}{\sqrt{(1 + uu)}}$ est

$$= \frac{-aa}{\sqrt{(1 + uu)}} + aa,$$

integrali scilicet ita sumto, ut evanescat cum angulo ACR. Quare ob

$$\frac{1}{\sqrt{(1 + uu)}} = \cos. ACR$$

ducto perpendiculo ST erit illa superficies $= a(a - CT) = CA \cdot AT = AV^2$ ducta corda AV. Consequenter portio superficiei sphaerae spatio $CERASB$ inter quadrantem et semicirculum intercepto imminens aequatur quadrato radii sphaerae.

38. Contemplemur autem adhuc eiusmodi casum, quo prima integratio evanescat posito $t = 0$, seu sit $b = a$ ac ponatur $V = \frac{1}{2}aau$, quae expressio simul superficiem quaesitam praebet. Erit ergo

$$a - \sqrt{(aa - tt)} = \frac{1}{2}a(1 + uu) \quad \text{et} \quad \sqrt{(aa - tt)} = \frac{1}{2}a(1 - uu),$$

ita ut sit

$$t = \frac{1}{2} a \sqrt{(3 + 2uu - u^4)} \quad \text{seu} \quad t = \frac{1}{2} a \sqrt{(1 + uu)(3 - uu)},$$

ubi est $CR = t$ (Fig. 8) et u denotat tangentem anguli ACR. Ex hac aequatione patet, si sit $u = 0$, fore $t = \frac{a\sqrt{3}}{2}$; scilicet curva quaesita radio AC ita in E occurrit, ut sit $CE = CA \cdot \frac{\sqrt{3}}{2}$, eique perpendiculariter insistit. Tum si angulus ACR augeatur ad semirectum ACF, ut fiat $u = 1$, erit $t = a$ hocque casu curva per ipsum punctum F transit ibique quadrantem osculabitur; ac simul distantia t fit maxima. Dehinc curva introrsum reflectitur et t evanescit, si $u = \sqrt{3}$; hoc est, curva centro C ita immergitur, ut eius tangens in C cum radio CA faciat angulum $60°$.

Fig. 8.

39. Tota ergo curva in quadrante descripta figuram habebit $ERFGC$ et ducta in ea ex C recta utcunque CR angulique ECR tangens sit $= u$; tum portio superficiei sphaericae sectori ECR imminens algebraice poterit assignari eritque ea $= \frac{1}{2} aau$. Quare si CR ad occursum cum tangente AT producatur, ob $AT = au$ ea portio praecise aequabitur triangulo CAT et portio imminens sectori ECF erit $= \frac{1}{2} aa$; si autem angulus ECR maior semirecto sumatur, ut sit $u > 1$, quia tum $\sqrt{(aa - tt)} = \sqrt{(aa - xx - yy)}$, quae est elevatio superficiei sphaericae supra quadrantem, fit negativa, superficies in inferiori octante capi debet. Quodsi huius curvae aequationem inter coordinatas $CP = x$ et $PR = y$ desideremus, ob $tt = xx + yy$ et $u = \frac{y}{x}$ habebimus

$$4xx + 4yy = aa \left(3 + \frac{2yy}{xx} - \frac{y^4}{x^4} \right) = \frac{aa(xx + yy)(3xx - yy)}{x^4},$$

quae divisa per $xx + yy$ praebet

$$4x^4 = 3aaxx - aayy \quad \text{seu} \quad yy = 3xx - \frac{4x^4}{aa}.$$

40. Hanc solutionem reddere possumus generaliorem ponendo $V = abu$ fietque $a - \sqrt{(aa - tt)} = b(1 + uu)$, hinc $\sqrt{(aa - tt)} = a - b - buu$, ergo

$$tt = 2ab - bb + 2(a - b)buu - bbu^4 = (1 + uu)(2ab - bb - bbuu).$$

Qua ad coordinatas orthogonales translata divisio per $xx + yy$ iterum suc-
cedet fietque

$$x^4 = (2ab - bb)xx - bbyy \quad \text{seu} \quad y = \frac{x}{b}\sqrt{(2ab - bb - xx)} \quad .$$

ac portio superficiei sphaericae sectori ECR huius curvae imminens erit
$= \frac{aby}{x} = b \cdot AT$; quae expressio locum habet, quamdiu $uu < \frac{a - b}{b}$, hoc est,
donec anguli ECR tangens fiat $= \sqrt{\frac{a-b}{b}}$, ubi fit $t = a$. Tum vero angulo
ECR ultra aucto perpendiculares super curva erectae ad hemisphaerium in-
ferius protendi debent, quo casu superficies eo magis augetur. Si ergo sit
$b = a$, quia $\sqrt{(aa - tt)}$ ubique fit quantitas negativa, quantitas $b \cdot AT$ porti-
onem sphaericae superficiei ad inferius hemisphaerium continuatae exprimit.

41. Sit adhuc $b = a$ ac ponatur $V = \frac{a^2(\alpha + \beta u)}{\sqrt{(1 + uu)}} - \alpha a^2$, ut superficies assig-
nanda evanescat posito $u = 0$, eritque

$$a - \sqrt{(aa - tt)} = \frac{a(\beta - \alpha u)}{\sqrt{(1 + uu)}} \quad \text{et} \quad \sqrt{(aa - tt)} = a - \frac{a(\beta - \alpha u)}{\sqrt{(1 + uu)}},$$

ubi notandum est, si haec expressio fiat negativa, ibi in hemisphaerium inferius
descendi. Ex his autem prodit

$$\frac{tt}{aa} = \frac{2(\beta - \alpha u)}{\sqrt{(1 + uu)}} - \frac{(\beta - \alpha u)^2}{1 + uu}.$$

Quare evanescente angulo ECR, cuius tangens $= u$, erit $\frac{tt}{aa} = 2\beta - \beta\beta$, at si
$u = \frac{\beta}{\alpha}$, evanescit t. Pro altera parte axis CA fit u negativum ac posito
$u = -v$ habetur superficies negative expressa $V = \frac{a^2(\alpha - \beta v)}{\sqrt{(1 + vv)}} - \alpha a^2$ et curva
hac definietur aequatione

$$\frac{tt}{aa} = \frac{2(\beta + \alpha v)}{\sqrt{(1 + vv)}} - \frac{(\beta + \alpha v)^2}{1 + vv},$$

unde posito v infinito prodit $\frac{tt}{aa} = 2\alpha - \alpha\alpha$; ubi recta CR fit in curvam
normalis, quod etiam evenit, ubi $v = \frac{\alpha}{\beta}$ et $\frac{tt}{aa} = 2\sqrt{(\alpha\alpha + \beta\beta)} - \alpha\alpha - \beta\beta$.
Quare ne fiat t imaginarium, oportet sit $\sqrt{(\alpha\alpha + \beta\beta)} < 2$.

42. Consideremus casum, quo $\alpha = -\frac{1}{\sqrt{2}}$ et $\beta = \frac{1}{\sqrt{2}}$, ut sit superficies

$$V = aa\left(\frac{1}{\sqrt{2}} - \frac{1-u}{\sqrt{2(1+uu)}}\right) \quad \text{et} \quad \frac{tt}{aa} = \frac{2(1+u)}{\sqrt{2(1+uu)}} - \frac{(1+u)^2}{2(1+uu)},$$

ubi patet, si $u = -1$, fore $t = 0$; tum vero, ut sequitur,

$$\text{si } u = 0, \qquad \text{si } u = 1, \qquad \text{si } u = 7, \qquad \text{si } u = \infty,$$

erit

$$t = a\sqrt{\frac{2\sqrt{2}-1}{2}}, \qquad t = a, \qquad t = a\sqrt{\frac{24}{25}}, \qquad t = a\sqrt{\frac{2\sqrt{2}-1}{2}},$$

ubi notandum casibus $u = 1$ et $u = \infty$ rectam CR fore in curvam normalem. In hoc ergo quadrante curva nostra fere cum quadrante confunditur, cum ubique sit proxime $t = a$, cui portio superficiei sphaericae imminens erit $= aa\sqrt{2}$, quae deficit a superficie totius octantis, quae est $\frac{\pi}{2}aa$, parte satis parva $aa\left(\frac{\pi}{2} - \sqrt{2}\right) = 0,15658\,aa$. Ad alteram axis CA partem haec curva in centrum incidit, ubi tangens cum CA faciet angulum semirectum.

43. Verum solutio § 35 data multo magis amplificari potest; cum enim superficies sphaerae assignanda hac formula exprimatur $\int\frac{a\,du}{1+uu}\int\frac{t\,dt}{\sqrt{(aa-tt)}}$ et in integratione $\int\frac{t\,dt}{\sqrt{(aa-tt)}}$ quantitas u ut constans consideretur, integrale ita exhiberi poterit $U - \sqrt{(aa-tt)}$ denotante U functionem quamcunque ipsius u; quae formula quoniam evanescit, si $\sqrt{(aa-tt)} = U$ et $t = \sqrt{(aa-UU)}$, ab hoc termino quantitas t ulterius protendi est concipienda. Denotet iam V aliam quamcunque functionem ipsius u, quae abeat in C posito $u = 0$, ac ponatur superficies

$$\int\frac{a\,du}{1+uu}\left(U - \sqrt{(aa-tt)}\right) = aV - aC$$

eritque hinc

$$U - \sqrt{(aa-tt)} = \frac{dV(1+uu)}{du}$$

ideoque

$$\sqrt{(aa-tt)} = U - \frac{dV(1+uu)}{du},$$

unde alter terminus ipsius t definitur.

44. Hinc igitur solutio problematis Florentini[1] ita generalissime adornabitur. Constituto quadrante circuli ACB (Fig. 9), cui octans sphaerae insistat, radio CA existente $= a$, ductoque radio quocunque CS vocetur anguli ACS tangens $= u$; tum primo curva EQG ita construatur, ut sit

Fig. 9.

$$CQ = \sqrt{(aa - UU)}$$

et perpendiculum ex Q ad sphaericam usque superficiem erectum

$$QM = U$$

denotante U functionem quamcunque algebraicam ipsius u. Si $u = 0$, abeat CQ in CE et QM in EI. Deinde alia describatur curva FRH, ut sit

$$CR = \sqrt{\left(aa - \left(U - \frac{dV(1 + uu)}{du}\right)^2\right)}$$

et perpendiculum ex R ad sphaeram usque pertingens

$$RN = U - \frac{dV(1 + uu)}{du}$$

denotante V aliam quamcunque functionem algebraicam ipsius u, quae abeat in C, si $u = 0$; quo casu simul CR in CF et RN in FK abeat. Iam his duabus curvis constructis portio superficiei sphaericae areae $EQRF$ imminens et intra terminos I, K, M, N contenta algebraice exprimetur eritque $= a(V - C)$.

---

1) Primas solutiones problematis florentini (vide notam p. 306) dederunt G. G. L[EIBNIZ], *Constructio testudinis quadrabilis hemisphaericae*, Acta erud. 1692, p. 275, et I[AC.] B[ERNOULLI], *Aenigmatis florentini solutiones varie infinitae*, ib. p. 370; *Opera* p. 512. Vide porro I. WALLIS, *Algebra,* cap. 112: Problema Florentinum, de mira templi testudine quadrabili; *Opera* t. II, Oxoniae 1693, p. 478; G. GRANDI, *Geometrica demonstratio Vivianeorum problematum* etc., Florentiae 1699; E. OFFENBURG, *Annotationes in epistolam mensi Julio Act. erud. superioris anni insertam* etc., Acta erud. 1718, p. 164; I. HERMANN, *De epicycloidibus in superficie sphaerica descriptis*, Comment. acad. sc. Petrop. 1 (1726), 1728, p. 210; IOH. BERNOULLI, *Problème sur les epicycloïdes sphériques,* Mém. de l'acad. d. sc. de Paris 1732, p. 237; *Opera omnia* t. III, p. 216.   A. G.

45. Haec de natura formularum integralium duplicatarum commentandi occasionem praebuit[1]) problema aeque elegans atque utile in Analysi, si quidem eius solutionem evolvere liceret. Quaerebatur scilicet inter omnia corpora eiusdem soliditatis id, quod minima superficie contineretur, quod quidem ad ternas coordinatas orthogonales x, y et z relatum posito $dz = pdx + qdy$ ita analytice exprimitur, ut inter omnes relationes harum trium variabilium, quae eandem quantitatem huius formulae integralis duplicatae $\iint z\,dx\,dy$ contineant, ea definiatur, cui minima quantitas huius $\iint dx\,dy\,V(1 + pp + qq)$ respondeat. Quod problema si per theoriam variationum aggrediamur, effici oportebit, ut fiat

$$a\delta \iint dx\,dy\,V(1 + pp + qq) = \delta \iint z\,dx\,dy,$$

ita ut totum negotium ad variationes huiusmodi formularum integralium duplicatarum indagandas reducatur.

46. Quoniam utraque formula duplicem integrationem exigit, si in priori x pro constante habeatur, nostra aequatio ita repraesentabitur

$$a\delta \int dx \int dy\,V(1 + pp + qq) = \delta \int dx \int z\,dy.$$

Verum hic probe animadvertendum est, postquam integralia

$$\int dy\,V(1 + pp + qq) \quad \text{et} \quad \int z\,dy$$

fuerint inventa, tum variabilem y non amplius indefinitam seu ab x non pen-dentem relinqui, quin potius pro y certam functionem ipsius x, quam figura corporis exigit, substitui oportere, ita ut in secunda integratione quantitas y non ut constans seu ab x non pendens spectari queat. Quia autem ob figuram corporis etiamnunc incognitam ista functio non constat, neutiquam apparet, quomodo variationes istiusmodi formularum duplicatarum determinari debeant.

---

1) Vide L. Euleri *Institutionum calculi integralis* vol. III, Appendix § 174; *Leonhardi Euleri Opera omnia*, series I, vol. 13, p. 468.   A. G.

47. Ipsa vero huius quaestionis natura alias praeterea determinationes requirere videtur, quarum ratio in solutione haberi debeat. Nam quemad-modum, si curva quaeritur, quae inter omnes alias eandem aream includentes brevissimo arcu contineatur, non solum basis AP (Fig. 10), sed etiam duo puncta B et M, per quae curva transeat, praescribi solent, ita etiam in nostro problemate non modo basis, cui corpus tanquam columna insistat, pro cognita assumi debere videtur, sed etiam ipsi extremi termini superficiei quaesitae. Quodsi

Fig. 10.

enim hae res non praescribantur omnes, ne quaestioni quidem certae locus relinquitur; nam, etiamsi basis praescriberetur, termini vero supremi super-ficiei arbitrio nostro relinquerentur, manifestum est, quo altior fuerit columna, eo magis soliditatem auctum iri eadem manente superficie suprema, quandoquidem superficies laterum non in computum ducitur. Multo minus autem problema sine basis praescriptione ullam vim retineret, quoniam basi coarctanda quantumvis magna soliditas cum minima superficie posset esse coniuncta.

40*

EVOLUTIO FORMULAE INTEGRALIS $\int x^{f-1} dx (lx)^{\frac{m}{n}}$ INTEGRATIONE A VALORE $x = 0$ AD $x = 1$ EXTENSA

SUMMARIUM

Quum, qui in hac Dissertatione occurrunt, calculi analytici ita comparati sint, ut eorum summarium quoddam vix tradi queat, Mathematum peritos ad ipsam dissertationem ablegamus, id tantum monuisse contenti, quod Illustr. EULERUS heic fusius prosequutus sit, quae olim in Tomo V Comment. Petropol.[1]) de integrationibus formularum differentialium sub certis conditionibus peragendis iam exposuit.

THEOREMA 1

1. *Si n denotat numerum integrum positivum quemcunque et formulae*

$$\int x^{f-1} dx (1 - x^g)^n$$

integratio a valore $x = 0$ usque ad $x = 1$ extendatur, erit eius valor

$$= \frac{g^n}{f} \cdot \frac{1 \cdot 2 \cdot 3 \cdots n}{(f+g)(f+2g)(f+3g) \cdots (f+ng)} \cdot$$

---

1) Vide p. 319.   A. G.

DEMONSTRATIO

Notum est in genere integrationem formulae $\int x^{f-1} dx (1 - x^g)^m$ reduci posse ad integrationem huius $\int x^{f-1} dx (1 - x^g)^{m-1}$, quoniam quantitates constantes A et B ita definire licet, ut fiat

$$\int x^{f-1} dx (1 - x^g)^m = A \int x^{f-1} dx (1 - x^g)^{m-1} + B x^f (1 - x^g)^m;$$

sumtis enim differentialibus prodit haec aequatio

$$x^{f-1} dx (1 - x^g)^m$$
$$= A x^{f-1} dx (1 - x^g)^{m-1} + B f x^{f-1} dx (1 - x^g)^m - B m g x^{f+g-1} dx (1 - x^g)^{m-1},$$

quae per $x^{f-1} dx (1 - x^g)^{m-1}$ divisa dat

$$1 - x^g = A + B f (1 - x^g) - B m g x^g$$

seu

$$1 - x^g = A - B m g + B (f + m g)(1 - x^g);$$

quae aequatio ut consistere possit, necesse est sit

$$1 = B(f + mg) \quad \text{et} \quad A = Bmg,$$

unde colligimus

$$B = \frac{1}{f + mg} \quad \text{et} \quad A = \frac{mg}{f + mg}.$$

Quocirca habebimus sequentem reductionem generalem

$$\int x^{f-1} dx (1 - x^g)^m = \frac{mg}{f + mg} \int x^{f-1} dx (1 - x^g)^{m-1} + \frac{1}{f + mg} x^f (1 - x^g)^m;$$

quae cum evanescat posito $x = 0$, siquidem sit $f > 0$, constantis additione haud est opus. Quare extenso utroque integrali usque ad $x = 1$ pars integralis postrema sponte evanescit eritque pro casu $x = 1$

$$\int x^{f-1} dx (1 - x^g)^m = \frac{mg}{f + mg} \int x^{f-1} dx (1 - x^g)^{m-1}.$$

Cum igitur sumto $m = 1$ sit

$$\int x^{f-1} dx (1 - x^g)^0 = \frac{1}{f} x^f = \frac{1}{f}$$

posito $x = 1$, nanciscimur pro eodem casu $x = 1$ sequentes valores

$$\int x^{f-1} dx (1 - x^g)^1 = \frac{g}{f} \cdot \frac{1}{f+g},$$

$$\int x^{f-1} dx (1 - x^g)^2 = \frac{g^2}{f} \cdot \frac{1}{f+g} \cdot \frac{2}{f+2g},$$

$$\int x^{f-1} dx (1 - x^g)^3 = \frac{g^3}{f} \cdot \frac{1}{f+g} \cdot \frac{2}{f+2g} \cdot \frac{3}{f+3g}$$

hincque pro numero quocunque integro positivo n concludimus fore

$$\int x^{f-1} dx (1 - x^g)^n = \frac{g^n}{f} \cdot \frac{1}{f+g} \cdot \frac{2}{f+2g} \cdot \frac{3}{f+3g} \cdots \frac{n}{f+ng},$$

si modo numeri f et g sint positivi.

COROLLARIUM 1

2. Hinc ergo vicissim valor huiusmodi producti ex quotcunque factoribus formati per formulam integralem exprimi potest, ita ut sit

$$\frac{1 \cdot 2 \cdot 3 \cdots n}{(f+g)(f+2g)(f+3g) \cdots (f+ng)} = \frac{f}{g^n} \int x^{f-1} dx (1 - x^g)^n$$

integrali hoc a valore $x = 0$ usque ad $x = 1$ extenso.

COROLLARIUM 2

3. Quodsi ergo huiusmodi habeatur progressio

$$\frac{1}{f+g}, \quad \frac{1 \cdot 2}{(f+g)(f+2g)}, \quad \frac{1 \cdot 2 \cdot 3}{(f+g)(f+2g)(f+3g)}, \quad \frac{1 \cdot 2 \cdot 3 \cdot 4}{(f+g)(f+2g)(f+3g)(f+4g)} \quad \text{etc.,}$$

eius terminus generalis, qui indici indefinito n convenit, commode hac forma integrali $\frac{f}{g^n} \int x^{f-1} dx (1 - x^g)^n$ repraesentatur, cuius ope ea progressio interpolari eiusque termini indicibus fractis respondentes exhiberi poterunt.

COROLLARIUM 3

4. Si loco n scribamus $n - 1$, habebimus

$$\frac{1 \cdot 2 \cdot 3 \cdots (n-1)}{(f+g)(f+2g)(f+3g) \cdots (f+(n-1)g)} = \frac{f}{g^{n-1}} \int x^{f-1} dx (1 - x^g)^{n-1},$$

quae per $\frac{n}{f+ng}$ multiplicata praebet

$$\frac{1 \cdot 2 \cdot 3 \cdots n}{(f+g)(f+2g)(f+3g)\cdots(f+ng)} = \frac{f \cdot ng}{g^n(f+ng)} \int x^{f-1} dx (1 - x^g)^{n-1}.$$

SCHOLION 1

5. Hanc posteriorem formam immediate ex praecedente derivare licuisset, cum modo demonstraverimus esse

$$\int x^{f-1} dx (1 - x^g)^n = \frac{ng}{f+ng} \int x^{f-1} dx (1 - x^g)^{n-1},$$

siquidem utrumque integrale a valore $x = 0$ usque ad $x = 1$ extendatur; quam integralium determinationem in sequentibus ubique subintelligi oportet. Deinde etiam perpetuo est tenendum quantitates f et g esse positivas, quippe quam conditionem demonstratio allata absolute postulat. Quod autem ad numerum n attinet, quatenus eo index cuiusque termini progressionis (§ 3) designatur, nihil impedit, quominus eo numeri quicunque sive positivi sive negativi denotentur, quandoquidem eius progressionis omnes termini etiam indicibus negativis respondentes per formulam integralem datam exhiberi censentur. Interim tamen probe tenendum est hanc reductionem

$$\int x^{f-1} dx (1 - x^g)^m = \frac{mg}{f+mg} \int x^{f-1} dx (1 - x^g)^{m-1}$$

non esse veritati consentaneam, nisi sit $m > 0$, quia alioquin pars algebraica $\frac{1}{f+mg} x^f (1 - x^g)^m$ non evanesceret posito $x = 1$.

SCHOLION 2

6. Huiusmodi series, quas transcendentes appellare licet, quia termini indicibus fractis respondentes sunt quantitates transcendentes, iam olim in Comment. Petrop. Tomo V.[1]) fusius sum prosecutus; unde hoc loco non tam istas progressiones quam eximias formularum integralium comparationes, quae inde derivantur, diligentius sum scrutaturus. Cum scilicet ostendissem huius pro-

---

ducti indefiniti $1 \cdot 2 \cdot 3 \cdots n$ valorem hac formula integrali $\int dx \left(l \frac{1}{x} \right)^n$ ab $x = 0$ ad $x = 1$ extensa exprimi, quae res, quoties n est numerus integer positivus, per ipsam integrationem est manifesta, eos casus examini subieci, quibus pro n numeri fracti accipiuntur; ubi quidem ex ipsa formula integrali neutiquam patet, ad quodnam genus quantitatum transcendentium hi termini referri debeant. Singulari autem artificio eosdem terminos ad quadraturas magis cognitas reduxi, quod propterea maxime dignum videtur, ut maiori studio perpendatur.

PROBLEMA 1

7. *Cum demonstratum sit esse*

$$\frac{1 \cdot 2 \cdot 3 \cdots n}{(f+g)(f+2g)(f+3g) \cdots (f+ng)} = \frac{f}{g^n} \int x^{f-1} dx (1 - x^g)^n$$

integrali ab $x = 0$ *ad* $x = 1$ *extenso, eiusdem producti casu, quo* $g = 0$, *valorem per formulam integralem assignare.*

SOLUTIO

Posito $g = 0$ in formula integrali membrum $(1 - x^g)^n$ evanescit, simul vero etiam denominator g^n, unde quaestio huc redit, ut fractionis $\frac{(1 - x^g)^n}{g^n}$ valor definiatur casu $g = 0$, quo tam numerator quam denominator evanescit. Hunc in finem spectetur g ut quantitas infinite parva, et cum sit $x^g = e^{g\,lx}$, fiet $x^g = 1 + glx$ ideoque $(1 - x^g)^n = g^n (- lx)^n = g^n \left(l \frac{1}{x} \right)^n$; ex quo pro hoc casu formula nostra integralis abit in $f \int x^{f-1} dx \left(l \frac{1}{x} \right)^n$, ita ut iam habeatur

$$\frac{1 \cdot 2 \cdot 3 \cdots n}{f^n} = f \int x^{f-1} dx \left(l \frac{1}{x} \right)^n$$

seu

$$1 \cdot 2 \cdot 3 \cdots n = f^{n+1} \int x^{f-1} dx \left(l \frac{1}{x} \right)^n.$$

COROLLARIUM 1

8. Quoties n est numerus integer positivus, integratio formulae $\int x^{f-1} dx \left(l \frac{1}{x} \right)^n$ succedit eaque ab $x = 0$ ad $x = 1$ extensa revera prodit id

productum, cui istam formulam aequalem invenimus. Sin autem pro n capiantur numeri fracti, eadem formula integralis inserviet huic progressioni hypergeometricae interpolandae

$$1, \quad 1 \cdot 2, \quad 1 \cdot 2 \cdot 3, \quad 1 \cdot 2 \cdot 3 \cdot 4, \quad 1 \cdot 2 \cdot 3 \cdot 4 \cdot 5 \quad \text{etc.}$$

seu

